aut est q̄ cū frigus intrant in aquā calidā fugit calor  
ad mediū aq̄ & ibi cōp̄elēsus exalauit ad mediū pa/  
rū aq̄ & eleuauit secū aquā & sic frigore p̄gelata ē. Am/  
plus autē apparet hoc in op̄eribus piscatoz illi enī li/  
gna & arūdines alligat sup̄ioz extremitati retis sui vt  
videat extremitatē retis natātē cū sicut perueniūt ad  
aquā pfundā & l. volūt q̄ superior extremitas sequēs  
inferioz pfundat vt rete possit pfundū illius aque at/  
tingere tūc pfundūt arūdines & ligna superioris extre/  
mitatis cū aqua calida & ponūt sub frigore p̄gelato &  
sūt plene glaciē q̄ arūdines cogit mergi & pfundari:  
& huius

et huius quidem eadem causa est. scilicet apparetis virtutis frigiditatis et opationis eius super suum contrarium quod prebet ei libere introitus super omnes partes aque calefacte hec ergo de his impressionibus dicta sunt.

Tractatus secundus secundum librum metheororum de origine fluminum.

Capitulum primum.

Uia ergo ostendimus quod sit pruina et nix et pluvia et ros et grando et cetera impressiones humide in alto generate nunc

supersit ut loquamur de omnibus veteris et aeris et fluminibus que sunt in primo et faciamus de ipsis considerationem naturalem assignando causas naturales de omnibus eis sicut est consuetudo nostra: quia philosophi proprium est non dicere aliquid nisi cum ratione et causa: cupiditas enim nostra est inquisitio cause omnium rerum naturalium et consideratione proprietatum et differentiarum earum: quia talia in philosophia convenit nos dicere docendo et convenit aliquid talia a nobis audire: quia autem res non bene sciri ignorantibus passionibus et diversis partibus: ideo voluntas nostra est nihil horum dimittere virtus autem perficiendi non est nisi per dominum in cuius manu sumus et nos et sermones nostri. Dicemus autem in origine fluminum et fontium in residuis istius libri: de veteris autem et aliquid impressionibus de vapore terreo causa tunc dicemus in libro sequenti. Cum enim nos diximus in philosophia libris istius de his que calore solis vaporabiliter eleuantur sequens est dicere de origine fluminum et fontium eo quod calor in visceribus terre conclusus et vapor ibidem generatus omnem aquam undecumque causatam eleuat ad originem sui fluxus: et ita una habet causas elevationis aqua eleuata in aere et aqua eleuata ad originem sui fluxus.

Capitulum secundum de origine fluminum secundum opinionem antiquorum.

De origine autem fontium et fluminum dixerunt quidam antiqui quod simile est de veteris et aere et fluminibus et aqua et nubibus: dixerunt enim quod venti et aer sunt unius generis quo ad substantiam. Sed differunt per accidens quia cum quiescit dicitur aer et cum movetur dicitur veteris: et a simili probaverunt quod aque fluminum et nubes sunt idem substantia: et eorum natura est una et nubes sunt in aere: et aqua fluminum est in terra: et isti videntur dicere quod aqua fluminum non est nisi ex nubibus et est materialiter nubes. Et alii autem sapientiores his dixerunt quod veteris quidem omnes sunt unus secundum naturam: tamen habet maiorem differentiam quam isti dixerunt: licet enim concedat cum prioribus quod non est veteris nisi aer motus: tamen dicunt quod differunt inter se ex eo quod in loco uno vel alio moventur unde aquilonaris ex loco est frigidus et siccus et meridionalis ex loco est calidus et humidus et hoc addunt dicitur philosophorum et a simili dicunt de fluminibus et nubibus quia secundum istos flumina non sunt nisi nubes fluens et ideo sunt omnia flumina secundum naturam originis prime unum. Sed differunt per loca per que fluunt et ita efficitur aqua unius fluminis alterius operationis quam alia. Utrumque autem istorum philosophorum dictum est absque inquisitione cause et ideo non est philosophicum: in philosophia enim sermo dicitur per subtilem cause investigationem et rectam passionum et partium inquisitionem est precipiosus et melior omnium inquisitione. Non tantum autem sermo istorum est reprehensibilis: quia est sine inquisitione probatus. Sed etiam falsus est quod dicunt: hoc enim quod inducunt pro simili falsus est quia si sermo eorum de vento similis est sermone de fluminibus modo predicto tunc oportet quod principium veteris materialis sit res una cum principiato. Materia enim hec salua in materia sine sui transmutatione a forma substantiali: quia aer et aer motus non differunt per formam

substantialem: ergo simile erit de nube et aqua fluminis quod unum deberet ab alio denotari. scilicet quod nubes fluens sit fluvius et fluvius stans sit nubes quod aperte falsum est: ergo simile quod inducunt non valet ad propositum: quia etiam ipsi dicunt quod aqua fluens in fluvio dicitur: sed quid est a nube. Si autem sermo iste de origine fluminum est error tunc non scitur causa fluminum et fontium per dicta eorum: et ideo necesse est nobis inquisitio de esse fluminum: quid est origo eorum et quomodo: et quid est movens flumina ad fluxum et unde sive ex quibus locis est principium eorum. Quidam enim antiquorum qui illis sunt similes de quibus mentio habita est falsum dixerunt de fluminibus: dixerunt enim quod aque fluminum exeunt de concauitatibus in quibus congregantur aque pluvie: sicut ventus exit de vtre inflato: sicut enim veteris non cessat de vtre qui circumdat ipsum donec totus sit consumptus ventus qui est in vtre ita non cessat egredi aqua de vasta voragine donec tota aqua sit consumpta que est in ipsa: hoc autem falsum est: quia tunc nullus fluvius haberet aquam indeficientem. Sed cito deficerent fluvii aquarum multarum eo quod continuus effluxus eorum esset tum disperdens aquas et locus aliunde non reciperet restaurum aliud. Hoc autem quod dicunt de vento quod ipse sic sit aer motus secundum naturam veritatem non habet: quia nos ostendemus quod veteris est vapor terreus aerem versus transcedens et eum fortiter expellens.

Capitulum tertium de principio materiali fluminum quod est humidarum impressionum.

Probatis autem antiquorum opinionibus: dicimus quod principium materiale aliquorum fontium et fluminum in speciali et non communiter omnium est quod vapores aquosi quando eleuantur in aerem frigidum quod ibi est: aggregantur et inspissantur et fiunt nubes et convertuntur in aquas vel congelantur frigido agente in glaciem et resoluuntur in pluvias et aque redeunt ad terram et faciunt cursum fontis et fluminis sicut radix prima ab occidente egrediens facit cursum fontis vel fluminis non tamen est radix prima: licet sit illi similis in effusione aquea hostium fontis vel fluminis: currunt autem aque sic descendentes quandoque in superficie ad loca declivia et faciunt stagna: quandoque autem per poros terre vel eius spongiositatem vel scissuras aliquas partem gunt versus in profundum terre et congregantur et faciunt ibi principium materiale fluminum vel fontium: huius autem signum est quia incrementa fluminum et fontium sunt in hyeme quando habundant pluvie magis quam in estate. In estate enim quandoque abscinditur sub terra vel de siccantur in toto quedam aque: eo quod pauca materia sit quando pluvie non cadunt: et ideo quando finitur materia desiccatur et abscinditur aqua cuius effusio fecit fontem vel flumen: et licet aliquando pluat tamen desiccantur aliqui fontes et ex aque defectu quod ideo contingit quia aqua cadens super terre superficiem trahendo secum pulverem inveniunt in terre superficie obstructum per os terre: et claudunt secundum viam pertinentem ad viscera terre interiora unde laboriose concurrunt in terram. Hoc autem etiam alia de causa contingit. scilicet quia aqua levis est in terra et secundum naturam ascendit super ea unde terra paucitate habet respectu aque: quia elementum spissius est minus et minus habet de loco et aqua est plus quam terra. Sed ista terra laboriosa non habet locum in pluvio sicut potius in exitu oceanum in terram: et hec causa sufficiens esset ad hoc quod nunquam in terra prozumeret aqua oceanum. Si aliunde non moveretur sicut nos dicemus infra ubi loquemur de causa efficiente fluminum hec autem



sententia est fm litteram Aristo. que sic dicit: et dico qd aque omnes laboriose concurrunt in terra qd est ppter paucitatem terre super aquas qm est plus ea: emendatio/ res tamen codices habent sic: et dico qd aque oēs pro/ funde currunt in terrā qd est propter victoriā terre su/ per aquas qm est plus eis: et ista littera dubiū non ha/ bet qz aque impressionū altaz humidarū cadentes p fundantur in terre visceribus et non natant super eam sicut faciūt in loco proprio aquarū qui est oceanus: et hoc ptingit qz in loco generationis nihil se contingūt tria elementa terra vincit super aquas et est plus eis: et ideo operit et sorbet eas ariditas eius absorpte autem sub terra vndiqz pcurrētes pgregant et efficiunt mate/ rie fluminū et fontū quozū dā: has autē aquas coadu/ nat aer puerfus in aquā et sic rediēs est ad terrā et cum pluuijs ingrediēs viscera terre ad multiplicādas aqs que sunt ibi et vt dicit Seneca etiā terra puerfa in aqs quia si quodlibet elemētū cōuertitur ad aliud nō esset ratio quare terra in aquā nō puerteret precipue cū sim balum sit terre et aque: et ideo facilis sit conuersio eo/ rum adinuicem.

Cap. iij. et est digressio de contradictione. Seneca ad ea que dicta sunt.

Uic autem sententia Aristo. contradicit Se/ neca in. ix. libro naturalium questionum sic di/ cens: quidam estimant quicquid ex imbribus terra concipit id illaz rursus emittere vt fiant flumina et hoc argumēti loco ponunt qd paucissima flumina in his fiunt quibz rara est nubes vt in ethiopia et interio/ re aphyca at contra germaniam et italiā et galliam abundare riuos et fluminibus: quia celo humido tegit/ tur et nec estas in illis partibus quidem imbribus ca/ rer. Aduersus hoc dicit plurima possunt primum ego vincarum quidem diligens fossor affirmo nullam plu/ uiam esse tam magnam que vltra. x. pedes in altitudi/ ne terraz madefaciat: omnis enim pluuię humor inter primum crustam consumitur: quomodo ergo suggerē potest amnibus vires imber qui summaz humi tangit pars maior eius per fluminum alueos in mare fertur exiguum est qd sorbet terra nec id seruat: aut enim ar/ da est et assumit in se quicquid effusum est: aut satiata si quid supra desiderium ceciderit excludit: et ideo pri/ mis imbribus non augentur amnes quia tota in se si/ tiens terra trahit. Quid qd quedaz flumina erumpunt saxis et montibus his quid conferunt pluuię que per nudas rupes deferuntur non habent terram cui inci/ dant addite qd siccissimis locis putei in altuz acti vltra ducentozum aut tricentozum pedum spacium inveni/ unt aquarum vberes venas in aque altitudine pluuiā non penetrat vt scias illic non celestem esse nec colle/ ctium humorem: sed qd desolet vnam aquam illo er/ go argumento hec opinio refellitur qd quidam fontes in summo montis cacumine redundant apparet illos sursum agi: aut illic concipi cuz omnis pluuialis aqua decurrat: hucusqz sunt verba Seneca et sunt plana: qz iij. rationibus videtur hoc quod ante diximus refelle/ re consentit ita Seneca qd humor ad terraz ab aere de/ scendens potest esse materia alicuius fontis et alicuius riuus: quia dicit sic in eodem libro sepe colligitur roris modo tenuis et dispersus liquor qui ex multis locis in vnum confluit quem sudores aqualigozes vocant que gutte quedam vel spissura loci eliduntur vel estu euo/ cantur: h tenuis vnda vix fonti sufficit ex magnis cau/ sis magniqz cōceptibz excidit amnes pluuiā torren/

te facere pot nō amnē. Sed ptra hanc sententia Seneca sunt dicta fere oium peripatheticorū sicut Avicenne et algazelis et alioz: et ideo rationes ponemus ptra ipsuz efficaces et soluemus rōnes suas. Dico qd omne qd inuenit in aliquo et nō naturaliter generatur est in illo necesse est qd aliud de venerit in ipm aqua aut inuenit in visceribz terre et nō generat ibi naturaliter: qz nihil ge/ nerat nāliter extra locū suū ergo opz qd aliud de vene/ rit in viscera ipsi nō at pot esse nisi p influxū aque in terraz: ergo aqua a superficie terre fluit in viscera terre. Si autē dicat aliquis qd illa non est aqua pluuię. Dico ergo qd argumentū generale est de omni aqua siue sit pluuię siue alia: adhuc constat qd metalla generant sub terra plus qd ad trecentos pedes: ergo oportet qd sit va/ porabile humidum quod est materia ipsorum: vapo/ rabile autē humidum non est nisi ab alto descendens: ergo impressiones humide ab alto cadentes super ter/ ram multo profundius descendunt qd dicat Seneca. Adhuc autem quanto aqua subtilior est tanto est ma/ gis penetratiua sicci aqua impressionum ab alto descē/ dentiu eo qd rara substantia puerfa et subtilior est om/ ni alia aqua: ergo illa maxime est ad interiora terre pe/ netrativa: ergo profundissime vadit aqua pluuię. Ad/ huc autē valet experimentū fossorum metallorū vbi vidimus oculis nostris tempore pluuię per lapidez so/ liditatem montis guttas pluuię distillare ad profundit/ ratem centum et xxx. passuum vnde qd dicit Seneca non habet inde rationem nec ipse bene sciuit philoso/ phiā naturalē. Unde dicēdū qd cū descēdit pluuiā du/ pliciter madefacit: madet enim tota terre superficies ex cōmuni descensu. Madet etiam plus aliqua pars eius nisi vbi aqua stagnatur vel paludatur vel in vno rece/ ptaculo collecta absorbetur: et prima quidem madesa/ ctio guttarū est modica et potest esse qd in magna plu/ uia profundatur ad. x. pedes. Secunda autem mades/ factio est vehemens et est in loco speciali vbi terra cō/ tinet plurimas aquas collectas et per terre porū ali/ quem vel spongiositatem effunditur aqua illa vltz ad interiora terre viscera. Quod autem secundo dicit qd flumina erumpunt saxis inconsiderate est dictuz: quia licet erumpāt de saxo: tamen collectio ministrans a/ quas amni est sub saxo et aliqua causa eleuante accipit exitum a saxo sepius sicut inferius ostendimus. Qd autem tertio dicit de puteis iam solutum est: quia hoc potius est contra eum cum supponat falsum: scilicet aquas non descendere vltra decem pedes in profun/ dum. Quod autem quarto dicit soluitur sicut secun/ dum et nos infra loquemur de hoc quare aque frequē/ tius oriunt in locis altis: sic ergo patet Senecā in par/ te non verum dixisse.

Cap. v. de modo collectionis aquarum sub terra.

Edeamus ergo ad ppositū declarantes qua/ liter aque generant in terra magis qd in terre superficie. Dico ergo qd aque profundate sub terra non sunt separate in tot locis sicut sunt in superfi/ cie terre. Huius autē cā est: qz in superficie terre separata p parua loca valliu et depressionū et stagnantur et pa/ ludantur in eis: sed sub terra receptaculū aque parū esse nō potest: qz implet terra premente ipsam et ideo nō est sub terra receptaculū nisi sit vastū et amplū for/ tissima habens latera: et in illo multe cōgregant aque ex diuersis venis concurrentes vnde sicut congregat gutta cum gutta ad faciendum paludem vel stagnum ita congregatur vena cum vena ad implendam vastā voraginē subterraneā qd efficit principiu fluxus aque qz ibi paulatim

qz ibi paulatim cōprimunt aq̄ r̄ r̄gregant adināicē r̄  
 fit ex eis principū māle curius fluminū aliquoz̄. Et  
 signū hui⁹ ē qd̄ accipit a sensibili exp̄imēto: illi. n. q̄ so  
 diūt puteol vt extrahat aq̄ fodiūt iueniētē loca mlta  
 mltaq̄ venaz̄: oēs at̄ illas venas aggregāt ad locū vnū  
 cū fluxu eaz̄ r̄ sub illo fluxu fodiūt iferi⁹ r̄ faciūt so  
 ueā in q̄ colligunt fluxus illaz̄ venaz̄ r̄ vbi ita foue  
 am foderēt venaz̄ ql̄ibet trāsmearēt ad locū aliū vbi  
 sub terra specū iueniret: r̄ iō faciētes foueā in medio  
 venaz̄ q̄si amputat viā p̄ quā fluere p̄sueuerant r̄ sic  
 retinet eas r̄ vtunt illa fouea p̄o radice r̄ principio i  
 deficientis aque in puteo.

Cap. vi. r̄ est digressio declarans ql̄r aq̄ fm̄ nām il  
 labitur terre.

Si aut̄ h̄ attendēdū q̄ lz̄ fm̄ ordinē eltoz̄  
 e r̄gregatio aq̄ sit sup̄ terrā eo q̄ ip̄a sit leuis i  
 terra sic in celo r̄ mūdo mōstratū ē tñ terre  
 illabit tā ex pluuijs q̄ ex alijs imp̄ssiōib⁹ in altis gnā  
 tis q̄ ē ex p̄prio loco ei⁹ q̄ ē ocean⁹ q̄ āphitrites vo  
 cat: cui⁹ sūt. iij. rōnes: q̄z vna potissima ē: qz sic nos  
 determinauim⁹ in scia sup̄tiori libri isti⁹ r̄ libri de gnā  
 tiōe r̄ corruptōe elta aliū motorē h̄nt q̄ iclita ip̄a ad  
 locū suū: r̄ aliū q̄ mouet ip̄a ad mixtionē r̄ locū mix  
 tiōis: qz motor mouēs ip̄a ad loca sua ē gnāns ea q̄ cū  
 dat eis formā dat eis p̄ns formā qd̄ ē loc⁹ r̄ motū ad  
 locū p̄p̄riū sic in. viij. phicoz̄ ē p̄batū. Mouēs at̄ ad  
 mixtionē r̄ locū mixtiōis ē mot⁹ sol⁹ r̄ aliaz̄ stellaz̄  
 in circulo obliq̄ q̄ ē zodiac⁹ r̄ in circulo recto q̄ ē eq̄  
 noctial⁹ r̄ facit ascēdere mare qd̄ āphitrites dicit̄ sup̄  
 lit⁹ r̄ qd̄ subitū ē in terra labi r̄ facit ascēdere in for  
 ma vaporis aq̄s in aerē r̄ descēdētē labi in terrā vbi  
 iueniūt locū decliue r̄ porosū vsq̄ ad viscera terre d̄  
 clinātem: qz alr̄ nō fieret mixtio ad oīa nālia gnānda.  
 Quidēmus ēt̄ ifra q̄ p̄cipue circulus lune facit h̄  
 aq̄s sic circū sol⁹ facit in igne: r̄ ip̄a stellaz̄ fixaz̄ in  
 terra: r̄ q̄nq̄z spe alioz̄ palanetarū mouēt aerē r̄ hoc ē  
 qd̄ qdā antiq̄ dixerūt q̄ influxus aq̄z in terrā est a nō  
 vli r̄ nō a p̄riculari itelligētēs p̄ nām vlem celū r̄ mo  
 torē r̄ motū ei⁹ r̄ p̄ nām p̄ricularē motorē q̄ generat  
 elm̄. Scōa at̄ cā ē iterminalitas aq̄: qz lz̄ leuior sit q̄  
 terra tñ vndiq̄z fluit ad ip̄sā ex nā humidū qd̄ q̄rit ter  
 minū alienū r̄ cū humidū sit subtile r̄ subtile sit pene  
 tratiū p̄tū: vt habet in. ij. de gnātiōe r̄ corruptione:  
 penetrabit aq̄ in grossum terre r̄ p̄tinebit iter ipsam.  
 Tertia cā siue rō ē circularis gnātio eltoz̄ ex hac. n.  
 qd̄libet irrat in qd̄libet cū mouet ad formā ei⁹ r̄ hoc  
 p̄cipue p̄tigit in p̄tactu eltoz̄: qz ibi potissime p̄mixta  
 sūt. Quarta r̄ vltia ē Senece. loc⁹ deuexus: sūt. n. i  
 terra loca deuera declinātia ad qdā loca terre p̄caua:  
 r̄ iō aq̄ necessarie deuex aridōis cū mota fuerit vel ceci  
 derit sup̄ altitudinē deuexitatis declinabit ad p̄cauz̄  
 terre. Dico at̄ cū mota fuerit sup̄ altū deuexi illi⁹ p̄  
 āphitritē q̄ in motu lune gibbū terre ascēdit r̄ p̄ deu  
 xū fluit ad terre p̄cavitates: cadētēs at̄ aque sup̄ deu  
 xas vias terre sūt ille q̄ descēdūt ab hūidīs ip̄ressiōi/  
 bus aeris: lz̄ q̄ vniuersuloseq̄ hōgenij ps ad suū rotum  
 nāl̄ r̄greget r̄ ad locū sui totū vel ad locū illi p̄pin/  
 quū. Adhuc at̄ q̄ vis corp̄is hōgenij sit motus ad lo/  
 cū vnū in toto r̄ in p̄tib⁹: qz idē ē motus terre totū r̄  
 glebe tñ aq̄ cadētēs nō oēs cadūt in mare r̄ cadētēs i  
 circulū terre nō oēs redeūt ad mare neq̄ p̄manēt in  
 susp̄sione terre vbi ē nālis loc⁹ aq̄z p̄pter rōnes q̄ dēc  
 sūt: p̄tē. n. ad totū nō inclināt nisi gnāns q̄n ps ē extra  
 locū totū nec in loco p̄p̄rio stat eo q̄ nō terminet p̄  
 p̄rio termino nec redeūt ad totū eo q̄ mouēs ad mix

tionē mouet in oppositū elta non. n. p̄pter se creata r̄  
 ordinata sūt lz̄ pot⁹ elm̄ noiat nām ordinata ad ali/  
 qd̄ corp⁹ cōpletū in nā: r̄ iō mō māe mouent ad p̄se/  
 ctionē gnātiōis mixtū q̄ sunt vltimi fines nāe.

Cap. viij. de locis in q̄bus oriunt fontes r̄ flumina.

Edeūtes at̄ ad p̄posituz̄ loquamur de loco  
 r̄ originis sōriū r̄ fluminū dicētes: q̄ frequēt⁹  
 fluūt magna flua ex mōtib⁹ magnis vel si n̄  
 fluūt ex ipsis mōtib⁹ tñ p̄pinq̄ iuxta mōtes sūt origi  
 nes eoz̄. Cā at̄ q̄re appent origies aq̄z ex mōtib⁹ r̄ lo  
 cis altis ē q̄ dca ē qz ibi videlz̄ sub mōtib⁹ r̄ locis al/  
 tis sūt vaste p̄cavitates theari ros r̄ copias h̄ntes pl̄i  
 maz̄ aq̄z: oppositū at̄ hui⁹ cā q̄re in pedib⁹ mōtiū lō  
 ge ab ipsis mōtib⁹ in locis planis nō frequēt̄ oriunt  
 aq̄: r̄ si oriunt sūt pauce r̄ deficientis fluxus. Loca. n.  
 alta r̄ mōtuosa iterū sūt sic spōgia spissa q̄ calore suo  
 fugit r̄ trahit ad se aq̄s de copia aq̄z quā hz̄ in p̄fun  
 do vaste p̄cavitatis q̄ ē sub ip̄so loco alto vel mōtuo  
 so sicut nos ifra oīdem⁹ r̄ demōstratio qd̄ ē q̄ ex ta/  
 lib⁹ locis aq̄ magne oriunt ē p̄ iductionē r̄ exp̄imētū  
 Sophiste. n. disputātes de disceptātes de terre rotūdi  
 tate istāt geometricis dicētib⁹ terrā ē rotūdā p̄ mon  
 te q̄ dicit̄ caldicus q̄ mons magnus r̄ excelsus valde  
 adeo q̄n aliq̄s ascēdit ad ip̄m videt mare qd̄ lōge di/  
 stat ab eo in tantū q̄ illi q̄ sūt in plano sub monte v̄sus  
 mare nullos fines p̄pinq̄s mari magno p̄spicere p̄nt.  
 Est at̄ mons h̄ sit⁹ s̄b meridie v̄sus signa i q̄b⁹ oriz̄ sol  
 in hyeme r̄ puto q̄ h̄ mons sit̄ Atlas: qz ille ē i me  
 ridie fm̄ cosmographiā Julij cesaris. Mare at̄ qd̄ vi  
 det̄ ex ip̄so ē āphitrix: a quo oriunt maria reliq̄ r̄ flu/  
 mina r̄ ex isto mōte flua magna oriunt q̄ forte de am  
 phitricē copias trahūt aq̄z: lz̄ in mōte oriunt r̄ eodē  
 ex mōte q̄ vocat̄ Caucasus oriunt flua magna mul  
 taz̄ aq̄z: h̄ ē mons sic dicit̄ in cosmographiā Julij ce  
 saris cū mōte Tauro ē in oriz̄te v̄sus aq̄lonē nō lōge  
 a Tauro mōte ita vt qdā credant q̄ Taur⁹ mons sit  
 ad iugū ei⁹ sicut dicit̄ in itinerario Antonij augusti r̄  
 nascunt̄ ex mōte illo flui⁹ Maia r̄ flui⁹ Thelimo  
 r̄ flui⁹ Fisis r̄ flui⁹ Lorecostes r̄ flui⁹ Tiris r̄  
 flui⁹ Spiramos: h̄ aut̄ mons maior oib⁹ mōtib⁹ est  
 oriētāl̄ r̄ redentib⁹ ad aq̄lonē r̄ significatio sup̄ ma/  
 gnitudinē hui⁹ mōtis ē q̄ illi q̄ h̄tant sub ip̄so in loco  
 iferiori vidēt radios solis in mōte isto in cacumie do  
 nec p̄rāseat tertia ps noctis in sero in occidente: r̄ in  
 mane an̄ tres horas ortus diei vidēt iterū in oriz̄te in  
 ip̄so radios solis vñ ipsis radij solis nō occultant nisi  
 p̄ tertiā p̄tē noctis hoc ē p̄. iij. horas eq̄les fm̄ q̄ tota  
 nox diuidit̄ in. xij. horas. Aliō at̄ signū magnitudinis  
 ei⁹ ē magnitudo sūdāmēti ei⁹ vñ in cosmographiā di  
 cit̄ q̄ mons Caucasus iter Colchos q̄ sunt sup̄ cymi/  
 cer mare r̄ iter albanos q̄ sūt ad mare caspiū p̄rimuz̄  
 attollit̄ cuius qd̄em vsq̄ ad vltimū oriz̄tē vnde v̄/  
 detur iugum: sed multa sunt noīa r̄ multi hic iugum  
 tauri multum mōtē crediderunt: qz reuera p̄ coatu  
 ras mons armenie inter montem taurum caucasū me  
 dius continuare taurum cum caucaso existimatur: r̄  
 iō latissimū r̄ multas terras occupās hz̄ si ndāmētū:  
 r̄ testes sūt hoīes q̄ h̄tant sub eo r̄ p̄cedūt ab eo q̄  
 illi multarū nationū r̄ multarū sūt linguarū sub isto  
 mōte flumina multa oriunt sicut dicit̄ ē r̄ fundamētū  
 eius super qd̄ stat mons r̄ iugum eius est rotundum  
 r̄ elcuatū ab initio sui vsq̄ ad vltimū ei⁹ qd̄ ē valde  
 distāo: qz vt dicit̄ est q̄ tendit̄ verlus vltimū oriz̄tē  
 sun⁹ v̄o q̄ vt puto vocat̄ olymp⁹ mons est q̄ in occa/  
 su solis ap̄o eq̄noctialē ex quo oriunt̄ duo magna flu

## Liber secundus

mina et sicut ex parte meridiei et de ethiopia fontibus pre-  
dicantur flumina magna que noianem Hermis et zerus et La/  
thailis quorum fluuiozum effusio est in mare magnuz quod  
circumdat terram quod est amphitrites. Nylus autem que est flu-  
uius meridionalis currit de sub monte que vocatur Surtis:  
non tamen oritur in ipsorum: sicut dicitur in cosmographia in ex-  
ordio suo: Nylus de secretioribus permittit et in Ethiopia  
facit locum magnum qui currit in circulo instagnans milia  
centum quinquaginta iria: et exiens ab eo peruenit per cathera-  
ctas iteriores in egyptum et iterum de sub monte que vocatur  
semextus currunt tria flumina et in alijs locis de sub ter-  
ra currunt flumina magna sicut Danubius de alpiibus  
et Rodan et Ren de monte septimo: et albia de moti-  
bus boemie: et chymis et athysis de montibus alpiu-  
manie et multa alia flumina propter ea que non noiamus: verum  
in his que noiantur sunt sufficientia ad probationem eius quod  
voluimus: de cognitione eius quod precessit de sermone no-  
stro. s. q. flumina oriuntur de montibus frequenter et de locis al-  
tis. Noia autem motum et fluuiozum modo mutata sunt sicut et per  
nos mutabuntur: et ideo sunt ignota. Tamen ex dictis constat per  
educationem que tamen in meridie que aqilone: et tamen in oriente que  
in occidente fontes et flumina ut frequenter oriuntur de moti-  
bus et locis altis: ergo vultur concludi potest que origines fontium  
et fluminum sunt ex montibus et locis altis: sicut autem font-  
es et flumina principium male habent ex impressionibus ab ae-  
re descenditibus sicut supra diximus sive est principium ha-  
beat ex amphitrite de quo supra dicemus sicut hoc est verum  
que principia fontium et fluminum non sunt determinatis ad  
in quantitate et hoc contingit quia aer et terra resolvuntur et si-  
unt aqua: et que vapores resoluti veniunt ab alto et aqua ab il-  
lis generata vadit in fontes et in profundum terre et in profundum  
do marium et fluminum: quod autem demonstrat illud est que mar-  
ria et flumina currentia paulatim aperientur et congregantur  
et augentur in pluuijs et diminuantur in tpe siccitatis.

Cap. viij. et est digressio declarans opinionem Senecae  
de principio materiali fontium et fluminum.

Seneca autem de materiali principio fontium et flumi-  
num quedam vera: quedam vero falsa dicit hec autem  
sunt verba sua in libro. ix. quoniam: quedam estimant  
quemadmodum in exteriori parte terrarum vaste paludes: ta-  
cent quoque magni lacus et maria ingenti spacio porre-  
cta sunt interiora terrarum abundare aqua dulcibus neque mi-  
nus illas late stagnare que apud nos oceanum sicut et illa  
profunda copia isti omnes generantur quos quod miraris si de  
structos terra non sentit cum adiectos mare non sentit.  
Alij habere terram inter se recessus cauos et multum spi-  
ritus que necessarius frigescit vmbra graui pressus: deinde  
piger et immotus tamen se ad aquam definit fere peruertit: et  
quemadmodum super nos imbre: ita ista nos flumen facit:  
supra nos autem non potest diu segnis stare: que aut sole atte-  
nuat: aut ventis expandit: et ideo iterualla imbrum sunt  
sub terra non que illud in aqua peruertit ideo semper est. s. vmbra  
perpetua: frigus eternum in exercitata densitas semper:  
sicut prebebit fonti aut flumen casus: adicias his que fiunt omnia  
ex omnibus elementis ex aqua aer et ex aere aqua: quare sicut non  
ex terra fiat aqua que si in alia mutabilis est quare non in  
haec: vtraque autem cognata res est huius sicut Seneca quod  
dicitur est verum et quedam falsum: que enim ibi aque ita late sta-  
gnent sicut apud nos oceanum ex hoc falsum probatur: quia  
totius terre circulus exterior minor est aqua oceanum: sed  
interior concavitas terre minor incomparabiliter que exte-  
rior circulus terre: cum ergo non possint stagnare in conca-  
uitate aliqua non possint ita late stagnare sicut oceanus:  
nisi alia que dicit probabilia sunt.

Cap. ix. et est digressio declarans opinionem Theofra-

sti de principio materialium aquarum.

Scit autem Theophrastus cuius sententiam ponit Seneca  
in hac verba sub terra minus nota nobis  
his nunc iura sunt: sed minus certa credere pro-  
pter quod vides supra illic specus vaste sunt ingens recessus  
sus et spacia suspensa hinc et illinc motibus laxa abrupta  
in infinitum hiatus que sepe illapsas vbes recipiunt: hoc  
specu plena sunt et stagna plena tenebris et obscura  
ac locis amplis alia illis innascuntur tarda et informia  
ut in aere ceco pinguis que concepta et in aquis torpentibus  
bus sicca pleraque ex his cece vacuata ac subterranei  
mures quibus non est lumina: que supra vacuum est ideo ut Theo-  
phrastus affirmat quibusdam locis pisces oriuntur secutum  
paria India urbem tales quidam exhabuissent per-  
runt quicumque illos ederent pisces quos ignoto celo no-  
uus annis ostendit nec mirum erat enim corpora pinguis  
tenebris saginata lucis in expertia ex qua salubritas con-  
ciscit: nasci posse pisces in terrarum profundo sit iudicium  
angulle latebrosas locis nascuntur grauis et ipse cib-

vtique si altitudo loci ipsas abscondit: hinc er-  
go venas non tamen terra ex quibus continuo flumina effici  
possunt: sicut amires magnitudinem vaste quorum alijs in oc-  
culto spacio via est donec aliquo mure terre deuozent: alij  
sub aliquo lacu emergunt adhuc addit Seneca sic di-  
ces placet nam regi terram et ad nostrorum corporum exemplar  
in quibus vene sunt arterie ille sanguis hec spiritus recepta-  
cula sic in terra sunt alia itinera per que aque: alia per que  
spiritus currit que ad silitudinem humanorum corporum nam for-  
mauit ut maiores nostri aquam appellarunt venas: sicut  
sicut in nostris corporibus sanguis a vena sic a terre vena ri-  
uus aut flumen effundit: ex his patet finem dicta phorum  
sub terra esse receptacula et vias aquarum et multas co-  
ncavitates esse in ipsis.

Cap. x. et est digressio declarans causam efficientem conca-  
uitatum terre.

Veret autem aliquid quod in terra fecerit hec receptacula  
corporum. n. de nam sunt continuum et homogeneum non inter-  
cipit aliquid vasta concavitate: tale autem corpus est terra  
et ideo concavitates non videtur habere. Adhuc autem quilibet per grauis  
corporis festinat ad centrum: sicut vna in circuitu comprimitur cir-  
ca aliam: et sic videtur que vna non distat ab alia per concavitate  
aliquam. Adhuc autem videtur habere effectum quantitate terre que  
sunt frigidum et siccum: frigidum. n. strigit et hinc motum ad cen-  
trum sicut diximus in li. de generatione et corruptione in terra sic  
nunc patet per ista videtur que non permittit tales in terra sic  
ri concavitates: siccum est vbi est cum frigidum est strigit: que ipsa  
est ideo siccum que humidum ab eo est expressum vnde constat que simul et  
spisse sunt partes eius. Adhuc autem et zeno obicit negans que  
aqua moueant ad concavitates terrarum: aut. n. mouentur ad  
vacuum: aut ad plenum. Si ad vacuum tunc sequuntur duo in-  
conuenientia que vnum est que vacuum est: alterum autem que motus est  
ad vacuum. Sed cum vacuum sit incorporeum: sicut motus corporis  
erit ad incorporeum spaciū: cum autem eadem ratione que ad vacuum  
mouetur vnum corpus: omne corpus moueatur ad ipsum sequeret  
que omne corpus moueatur naturaliter ad vnum et ideo quod est contra  
omnem naturam. Si autem mouetur ad plenum constat que non est  
nisi aere vel vapore plenum: aut igitur ingrediente aqua  
egreditur aer: aut non. Si primo modo aut per eandem viam  
egreditur: aut per aliam. Si per eandem egreditur tunc eque for-  
tis erit aer vel vapor sicut aqua ingrediens quod falsum est  
ergo aqua impedit ne per idem foramen possit exire. Si  
autem per alium egreditur tunc oporteret tandem que aer exi-  
ret: et aqua impleret illa concavitas et tunc non amplius  
esset receptiva aquarum: ergo iam dudum omnes concavita-  
tes aquis essent replete et iam non haberent vbi se recipe-  
rent pluuie



¶ vaporē ipsa: et tertia venit vicinior vaporē ipellē  
 scōam et sic fit vīqz ad illas in quas imediate agit va-  
 por inclusus: et ideo saltantes aque ab hostijs suis ef-  
 fluūt: sicut olla bullit. Sed tūc aliquis objicet qd cū  
 vapor inclusus eleuās aquas ad hostia sit calidus de-  
 bent aque egrediētes esse calide nisi frigiditas exte-  
 rior in contrariū operet. In estate autē nihil in contrari-  
 um opat frigiditas exterior: sed potius caliditas exte-  
 rior interiorē coadiuuat caliditatem ergo aque fon-  
 tū in hostijs suis debent esse calide cuius contrariū  
 p̄ ad sensum: qz in estate sunt frigide: in hyeme autē ca-  
 lide et precipue vbi est magnū gelu. Solutio autē hu-  
 ius dubitationis est qd in locis concavis due recte su-  
 pficies vna interior: et vna exterior. Interior autē cali-  
 da ē valde et cū contrariū expellat contrariū sicut se-  
 pe dictū est supra totam terre et aque frigiditatem ex-  
 pellit interior calidus ad crustam terre superiorē: et  
 hec est vna cā frigiditatis motū cū ergo aqua eleua-  
 ta est calida calore non ignito: sed vaporatio ab inte-  
 riori concavo ad hostiū primū istius cōcaui qd ē sub  
 terra ad longū spaciū: non qdem directe in profundū  
 sed ex transuerso sub crusta terre vel lapidis exte-  
 riorē frigescit aqua vehementer p̄ frigidū expulsū in cru-  
 stam illam: qz rarior expulsi a suo contrario fortior ē  
 effectus: et ideo ipsa statim densat et raritatē amittit: et  
 egredit vebementer frigida a talib⁹ locis: et hec ē cā  
 quare in locis paludosis non est adeo frigida sicut  
 in montibus: qz loca illa rara sunt et nō solida: et non  
 multū continentia frigus: et caliditas sub talibus lo-  
 cis non est multa que frig⁹ ad exteriora expellat. In  
 hyeme autē est qdam aliud calor in extrēa superficie ter-  
 re diffusus a quo plante nutriunt et conualescūt et ille  
 compressus per gelu terre exterioribus poris conclu-  
 sus vertit in aquas et facit eas tepidas: et hoc signū ē  
 qd quāto malus est gelu in hyeme in terris aquilona-  
 ribus tanto putei magis fumant et cum gelu remittat  
 tūc non fumant: sed infrigidant aque. Fluuij autē longe  
 fluentes a suis hostijs multū recipiūt gelu aeris et iō  
 in hyeme infrigidant et aliqñ congelant.

Cap. xij. de cā quare fontes aliqñ exsiccant et sūt  
 noui fontes et flumina vbi ante non fuerūt.

¶ Edeamus ergo ad ppositum inuestigando  
 cām quare fontes et flumina aliquādo exsic-  
 cant et sūt noui fontes: et noua flumina ali-  
 quotiens in locis vbi ante non appuerūt. Dico ergo  
 qd in quibusdam locis maris est aqua p̄ aliqđ temp⁹ et  
 deinde maria amittūt aquā et aqua eorū effunditur in  
 terram et fluit in viscera eius et terra illa madida ē pri-  
 muz et postea siccat. Cā autē huius est qd essentia terre  
 similis est corporibus aialū et plantarū: in hoc qd acci-  
 piūt sinem vltimū sicut iuuentutem et senū: et ideo reci-  
 pit aliquādo additionem: et aliquādo recipit dimi-  
 nutionem. Est enim terra aliquando rara multū et vs-  
 qz in profundum sūt vasta profunditate et in poris  
 eius et in foraminibus et foraminibus diuidit aqua et  
 quasi exfugit ab alia parte solis et a quibusdam stel-  
 lis sibi appropinquatibus aqua exalat successiue: et iō  
 exsiccat paulatim e contra et accidit qd aqua extrahit  
 ad locū aliqñ: per cām autē dictā effundit in eo et qua-  
 si stagnat et sit ibi mare vbi nō sūt: similiter humescit  
 aliquādo ex roribus et pluuijs quaz aque atrahunt  
 causis antedictis ad loca quedam: et similiter est i fon-  
 tib⁹ et fluuijs: qz cū aq̄ pcurrūt ad p̄cauū vbi deberēt  
 facere copiam fontis aut fluminis secum trahunt ad  
 mixtum terreum et continue atrahendo obstruunt si-

bi introitum et tunc exhausto illo qd attractam est de-  
 ficat fons vel flumen: aliquādo cōtingit in altero exte-  
 rior vbi eleuantur ad hostium obstruio a simili causa  
 et tunc non deficit: sed effluit alibi et hec est vna causa  
 defectus: aliquādo etiā contingit ex casu laterū con-  
 cauarum viarum in concava ipsa ex terre motu vel ex  
 alijs causis et tunc iterum effluunt aque in alijs locis.  
 Mirabile autē accidit in alamaia in loco qui dicitur Lō-  
 sen: ibi enim est aqua copiosi fluxus necarius nomine  
 que exsiccata sūt per spaciū miliaris per tres horas  
 diei ita qd colligebant pisces in fundo eius et non ca-  
 ruit fluxu suo nec diminuebatur supra nec infra nisi i  
 illo militari quod est circa oppidum qd diximus: ego  
 autē subito post veniens ad locum cōsideratis loci dis-  
 positionibus sciui qd fundus aque illius solidissimus  
 est et illic fluit inter montes nō multum altos et habz  
 altas ripas in loco illo et ex vapore illo incluso diuis-  
 sus et eleuatus sūt fundus propter qd aqua resedit i  
 principio illius eleuationis et in fine eius exiit et cū  
 exalasset vapor resedit totus fundus in locum suum  
 sicut sūt prius et tunc fluxum habuit aqua sicut ha-  
 buerat antea.

Cap. xij. et de offgressio declarās quare quidā fon-  
 tes certis horis manar: et certis horis se retrahūt.

¶ Eneca autē in libro. ix. nālium questionū tan-  
 git de fontibus qui sentis horis sunt pleni: et  
 sentis horis sūt vacui: et de fluminib⁹ qui cer-  
 tis mensib⁹ sunt magni: et certis mensib⁹ sunt parui et  
 alijs hmōi accidentibus. Hui⁹ autē ipse talem reddit  
 cām qd videlicet est de ipsis sicut de humoribus: quia  
 quidam quarta die febres mouent sicut melācolia: et  
 quidaz certis horis remouent sicut prodigia et certis  
 mensibus partus presto est ad exitū sic et aque inter-  
 ualla habent quib⁹ se retrahūt et quib⁹ redeant: et qd  
 dam interualla minora sūt: et ideo notabilia quedam  
 aut maiora nec minus certa: et quid mirū cū videas  
 ordinem rez fm nāe constituta procedere hyeme nū-  
 qd aberrauit estas suo tempore incaluit sub terra mi-  
 nus nota sūt nature rei constituta: sed non minus cer-  
 ta crede infra quicqd vides supra: hec sūt verba Se-  
 necæ et videntur duas cās reddere huius manationis  
 et abscissionis fontū. s. motū humoris sicut in quarta  
 nis et constituta nāe sicut aduentum hyemis et estatis  
 Sed qd hoc falsum sit de facili probat. Si enim mo-  
 tus humoris cā esset oporteret qd ille humor ab aliquo  
 putresceret et tūc ebulliret: sed putrefaciens ipsū non  
 inuenit. Adhuc autē omne sic putrescens determina-  
 to tempore maturat ad educationem: sed non educit  
 vnq̄ a fontib⁹. Adhuc autē in fontib⁹ non inuenit nisi  
 humidū aqueū: hoc autē omni die mouet putrefactū:  
 ergo illi fontes omni die deberent manare: et ex his  
 et multis alijs patet qd nulla cā est quā inducit. Si autē  
 constituta nature essent causa cū illa sint ordinata de-  
 beret cā esse manifesta et necessaria sicut motus solis  
 in obliquo circulo necessarius est et perpet⁹ et ad-  
 ducit suo tempore hyemem: et suo tempore estatem:  
 talis autē nulla cā apparet in manatione horū fontū:  
 nec sufficit dicere in vli: qz talia procedūt a causis na-  
 turalibus nisi dicat in speciali que sit illa cā: qz aliter  
 omnia naturalia vna determinatione declararent: de  
 omnibus enim nature effectibus veruz est hoc vlt qd  
 causas habent naturales. Nos ergo dicimus qd causa  
 varie manationis fontū illoz duplex est. s. qd vapor  
 eleuās quas maior et fortior ē qd sit vna istius i spe-  
 cū que continet copiam fontis: et iō cūz eleuat aliquot  
 horis opz

horis oportet expectare iterum donec subintrat tantum quod possit eleuari. Alia vero causa est quod calor eleuatus est debilis: et ideo cum aqua eleuata euaporet pars eius est sic debilio: et ideo antequam iterum eleuet oportet confortari ipsum per hoc quod radios solis regenerat vel est per hoc quod de calore frigiditate terre vel noctis vel vtriusque expellit in specum et ex hoc fortior efficitur: sed autem sensus horis fluant et sensus deficiant fontes illi: tamen possibile est quod diutius fluant quam a fluxu cessent: vel e contrario: diutius cessant a fluxu quam fluant: vel equaliter fluant et abscindant a fluxu secundum diuersitatem proportionis quam habet calor eleuans ad copiam aque intrantem in specum que eleuat per calorem. Si autem aliqui fontes abscindunt tempore caumatis: et fluunt tempore humido appetit quod illi vel in toto vel in parte cessent a pluuibus: quod non sufficientes copias non habent in se propter hoc non fluunt nisi quando copia ministrat.

Cap. xv. quare terre quedam submerguntur: et quedam desiccantur.

Id dicendum quod quedam terre aliquando fuerunt cooperte maribus et aqua sunt desiccatae: et e contrario: que desiccatae fuerunt facte sunt humide cooperte aqua et intemperate ex humore facte sunt temperate: et regiones intemperate exsiccate facte sunt temperate. Dico enim quod sicut reperitur in antiquissimis historiis quod aliquando super terram aegypti vincens fuit aqua: et super alias terras quasdam que sicce sunt super Nilum paulatim aut per terre raritatem effusa fuit aqua illa et deriuata per riuos multos et paludes et desiccatae sunt loca illa calore solis et impressione stellarum in his temporibus: nec loca illa simul exsiccata sunt sed successiue loca post locum secundum quod magis erat aqua profunda: et minus profunda super loca illa: cum autem reducta fuit ad temperiem siccitatis tunc habitabilis effecta est: et plantate sunt arbores in ea ut ex radicibus arborum magis cohereret terra: et postea seminata sunt semina. Quod autem verum sit quod dictum est testatur Homerus dicens: egiptum prius dictam Nilubela hoc est diffusionem Nilii: postea autem dicta est aegyptus quod sonat tenebras propter euaporationes aque abundantes in ea cum aqua siccaretur. Homerus autem licet in hoc bene dixerit non tamen ipse potuit scire omnes mutationes que de humido et sicco facte sunt in aegypto: ideo nec omnes docere potuit. Dico enim generaliter quod quecumque terra superficie rorida est et humida: est enim roridus humor in superficie et humor est humidus in profundo cum inquam siccat talis terra ipsa primo venit ad temperiem antequam incipiat abundare in superficie. sicca et tunc rarificatur commixtio eius que est ex humido et sicco: et tandem inualescit calore solis et virtute stellarum calidarum super eam erit superficies sicca et tunc iterum commixtio eius erit corrupta et erit sterilis. Et his de causis multa vberosa loca facta sunt sterilia: et e converso: sicut locus cui nomen est Muckemius quod ex vbertate in sterilitatem est conuersus: quod autem accidit in loco vno possibile est ut alibi accidat ex causis eiusdem: non tamen simul accidit vbiq: sed successiue sicut nos dicemus in libro de causis proprietatum elementorum ex impressionibus planetarum. Amplius autem in mari accidit aliquando quod loca que profunda erant aliquando in abyssu aque exsiccantur: et loca que sicca erant profundantur sicut accidit in pentapoli quod profusa data est in mari rubro mortuo et intigat occavia cuius capi qui nunc sunt vberes fuerunt in profundo maris: horum autem omnium causa est motus solis et re-

uolutio orbis precipue in magnis reuolutionibus suis que fiunt ex coniunctionibus planetarum omnium vel superiorum et ex reuolutione stellarum fixarum: ex eisdem enim causis in mundo accidunt mutationes magne et variationes complexionis hyemis et estatis. scilicet quod hyems que fuit per multos annos asperior efficitur calidior: et e converso: et idem est de estate: et ex eisdem causis accidit tunc sterilitas vel vbertas locis diuersis ex hoc quod efficiuntur temperata in humido et sicco: vel intemperate in altero contrarietatum istorum: sicut autem iam diximus mutationes iste nec simul accidunt in tempore vno: sed in tempore post tempus: ideo nec simul accidunt in omnibus locis: sed in loco post locum. Submersio enim ex diluuiis particulari in tempore regis. Dulphimos non fuit vbiq: sed in terra grecorum tamen et plurimum submersionis illius non est vbiq: fuit in terra grecorum: sed post abudauit in locis qui dicitur Athlete que sunt Haudrus et Abiulem quorum locorum nomina sunt modo mutata: loci autem huius submersi multotiens mutatae sunt dispositiones: quibus in litoribus eius habitauerunt homines qui dicebant phacyri: qui ante hoc nominabatur ganicy: et modo nominant greci et hec mutatio nominum multas significat mutationes dispositionum illius terre: submersionis autem antique signum est quod adhuc tempore Arist. Alexan. macedonis tempore pluuie diu inundabant flumina eorum: et diu stabant paludes eorum et absque diluuiio accidit ex interioribus copijs redundantibus ad aquas superiores. Sunt de his autem multe diuersitates enumerate in Thimeo Platonis. Causa autem eorum iam dicta est: quod propria causa sciri non poterit nisi ex astronomie disciplina: quam conplebimus deo adiuuante.

Cap. xvi. quare flumina manant quibus: et desiccantur quibus secundum opinionem antiquorum: et secundum opinionem nostram.

Ant autem quidam philosophi qui doctorum aliam signauerunt causam. Dixerunt enim quod causa propter quam flumina aliquando fluunt et aliquando exsiccantur sunt cauerne que sunt sub terra: cum enim in illis sunt copie aquarum multarum tunc dant materiam omnibus fluminibus et currunt: et quando minorant in eis copie ille aquarum tunc abscindit materiam fluminum et subtrahunt aque eorum et desiccantur: hec autem causa non est sufficiens ut patet ex superioribus dictis. Causa autem quare flumina habent hostium in vno loco postquam in alio est magnitudo ampla interiorum loci eleuati et alti in quo est multe aque copia: et oportet quod loca illa spissa valde et solida habent interiorum: latera: et quod extra sunt frigida frigiditate expulsa ab interiori calore: quod tunc frigus continet calorem inter concauitatem: loca enim que talia existunt nata sunt suscipere plurimas aquas et sunt conseruantia eas quod aqua nunquam resoluitur tota ex eis: sed continue eleuatur ad emanandum habet venam a mari oceano et nutrimentum multum a pluuibus: et ideo illic aqua multiplicatur indeficienter: loca autem non alta sed depressa quorum concauitates non sunt multum in profundum submersae in terra que sunt breuis amplitudinis: habent lapides albos molles non retinent aquas nec figitur ad manendum in eis aqua cum enim non sit alta constat quod parum fuit ibi naturale calidum quod terram eleuare non potuit: nec fortiter latera in faxa decoquere: et cum non sint profunda caliditate solis aperiantur pori eius et euaporat calidum intraneum quod aquas debuit eleuare: et cum sint breuia non recipiunt aquas multas: lapides autem albi frigidi figurant parum humidum itranco et quod molles sunt ceterum ex defectu vtriusque

coagulantis. s. calidi primo et frigidi postea: quod sicut i/ fra dicemus: coagulatio lapidis est ex calido primo extrahente humidum: et deinde ex frigido inspissante: et ideo talis locus corrumpit aquas et non potest esse hostium magni et sempiterni fluminis: cum. n. talibus locis aduenit caliditas ex stellis fixis que sunt canicule et hoc est quando sub radios solis oriuntur ortu mundi qui dicitur ortus cosmicus et aduenit a virtute martis nec retrahitur ad effectum a saturno vel alijs stellis frigidis tunc velociter exsiccantur: hec est ergo vera causa quare quedam flumina et fontes exsiccantur quibus ab hostijs suis: et fluunt quibus: et quedam alia fluunt continue: et cum quas dixerunt quidam philosophi indocti non fuit sufficiens sed sic vera in quibusdam fontibus aliquando sicut supra diximus.

Cap. xvij. de mutatioe facta in egypto et circa mare viride.

Utationum autem horum diuersificatur sicut antem iam diximus: nihilominus tamen sunt mutaciones circa maria et flumina et terras. Non longe enim ante ipsa Philippi macedonis locus quem quidam egyptiorum inhabitat a flumine Nylo submersus fuit quam submersione multi oculis viderunt et testimonium huius est mare quod tunc viride dicebatur: sed nunc dicitur mare rubrum: tunc enim orientibus aquis ex frigiditate terrarum illarum mare fuit viride qualis est viros aque multum frigidum currentis in motibus quam longe videtur: quod de prope aqua perspecta non videtur habere colorem eo quod tunc visus non manet in superficie aque: sed vergit in profundum: nunc autem mare rubrum dicitur propter continuam aduersionem solis super ipsum que arenas eius peruertit in ruborem. Tunc autem teporis cum se nup ad mare aque retraxerat sub altitudine littoz ipsius quod forte artificialiter per congestum aggerem fuit exaltatum sicut fieri hodie solet in fladria et in alijs locis marinis fuerunt qui dam reges qui propter utilitatem navigationis de loco ad locum voluerunt facere fossata de mari ad ciuitates et ad flumina diuersa orientalia vt multiplicaret inuuentum nauium quod possent naues ire vbiq; in terra illa precipue autem dico reges cogitabat hoc facere. s. affuerus et adrianus: sed arte geometrica inuentum est quod mare tunc teporis erat altius quam terra propter multitudinem sue aque que nup totam terram operuerat: et ideo non auri sunt fodere: quod fossam immanasset in flumina et fontes secisset eos falsos et ita destruxisset habitationem et potest esse quod si modo foderet: quod nunc magis exsiccatum est quod non esset nocumentum si iseret quod tunc appetebat inuuentum navigationis: ex his ergo constat quod nulla loca sub orbe qui continue mouet et efficitur nouus in sitibus stellarum manent secundum dispositionem vnam: sed sicca humescunt: et humida exsiccantur. Dicitur ergo de maribus et fluminibus: et quare efficiuntur flumina in quibusdam locis currentia: et in quibusdam abscissa.

Tractatus. iij. scilicet libri meteororum.

Cap. i. que sit tractatus intentio: et de duabus opinionibus antiquorum: et de esse et de generatione maris.

Et quod iam compleuimus considerationem de maribus et fluminibus et quare flumina fluunt a quibusdam locis: et a quibusdam locis abscindunt nunc in hoc presenti tractatu dicamus esse maris et generationem eius: et quare multum sal est in eo: et qualiter: et vnde est initium eius et cursus secundum locum. Dicemus autem primo de esse maris et fluxu eius et faldedine secundum opinionem aliorum: et deinde

sus q̄d nunq̄ videt̄. Sequit̄ nihilominus oē illud in/  
cōueniēs q̄d p̄i⁹ dictū est. Manifestū est ergo q̄ yris  
nō figurat in cōcauo nubis. Supponebāt tamē hoc  
pro certo oēs antiqui et multi modernoz supponunt  
hoc nesciētes virtutē speculoz. Possidoni⁹ aut̄ singu  
lariter dicit q̄ yris est cōfusu speculū solis in nube cō/  
caua dicens q̄ ydoli imp̄ressū in speculo cōcauo nō vi/  
det̄ exp̄resse nisi aspect⁹ sit in dyametro veniēte appol  
lo p̄ cōtrū cōcaui quod vocat̄ ip̄e aspectū in axe cō/  
caui eē. Si aut̄ a latere dextro vl a sinistro cōcaui ocu/  
lus sit aspiciēs extra speculū cōcauuz tūc nō videt̄ ni  
si cōfusus color imaginis imp̄resse in speculo cōcauo  
et id dicit q̄ aspiciēs yridēz nunq̄ existit in axe cōca/  
ue nubis sz pot⁹ extra nubē in opposito nubis: ideo  
nō videt̄ exp̄ssam solis ymaginē in nube sz colores so  
lis cōfusus qui sūt yris: hoc aut̄ q̄ falsū sit nō est diffi  
cile pbare p̄ aūdicta: sz enī cōcedat̄ hoc de speculo cō/  
cauo q̄d dicit̄ p̄pter demonstraciones: et hoc pbāt in sci  
entia de speculis et visu: tūc in nube talis aspect⁹ esse nō  
pōt̄: stans enī extra totū cōcauū nubis in opposito nu  
bis in tāntū q̄ nubes est aspiciēt̄ in occidēte. si aspiciēs  
sit in oriēte et cōuerso nubes aspiciēt̄ in oriēte: si vi/  
dēs sit in occidēte nō videt̄ nisi lat⁹ nubis rotūndum ad  
se versū et nihil ituef de cōcauo nubis cū ergo sp̄ssa  
sit nubes aspiciēs nihil videt̄ de his q̄ sūt in nubis cō/  
cauo: ergo nunq̄ videt̄ arcus si est ibi vt dicit̄ possido  
nius nec cōfuse nec exp̄resse. Si aut̄ fortasse dicat q̄d  
videt̄ p̄ nubē putā hoc stare n̄ potest: q̄ cū oēs nubes  
pluuiose sint dense nō pōt̄ oculus penetrare p̄ ipsam.  
Adhuc aut̄ et si def̄ esse putā tunc debent colores yri/  
dis videri sicut obiecti subtili pāno nigro q̄d nō est ve  
rum cū exp̄resse et clare videant sepe. Adhuc aut̄ de  
natura spere est hoc q̄ ymagine aliter disponunt̄ i cō/  
cauo et aliter in cōuexo vt dicitur in p̄spectiuis que. n.  
in cōcauo est conuersa ad dextraz in cōuexo erit p̄uer  
sa ad sinistra et cōuerso. Si ergo yris in cōcauo posu/  
tus nubis stat recte cōuersa debet videri in cōuexo  
sup̄ quod terminat̄ radius oculi inuētis que oia sunt  
cōtra visu nostrum. Si aut̄ aliquis dicat p̄pter istā rō  
nem q̄ yris depingit̄ extra supra nubis cōuexū et p̄/  
pter cōuexū nubis apparet arcualis: hoc et stare non  
pōt̄: q̄ fm hoc nubes in extremitate sue rotunditatis  
acciperet formā solis: cū ergo nubes sit rotunda et it  
yris tot⁹ circulus cōpletus. Adhuc aut̄ res q̄ videtur  
in cōuexo speculo apparet̄ i p̄ucto dyametaliter op  
posito rei in se ergo ymago solis videri deberet in p̄  
cro spere nubis q̄d dyametaliter opponit̄ soli et non  
in nubis extremitate. Adhuc aut̄ sicut dicit̄ euclides  
speculū nō tūc manifestat̄ ymaginē rei sed et̄ distantiā  
eius a speculo: q̄ res q̄ longe distat a speculo videtur  
esse in p̄fūdū speculū ad tantā distantiā ad quantam o i



## Liber Tertius

stat a superficie speculi. Si ergo speculū solis est nu-  
 bes vt dicitur possidom? et yris est ymago solis cōfusa  
 in speculo illo debet nobis apparere in profūdo nu-  
 bis ad tantā distantiā quanta est ab oriēte in occidu-  
 tem eo q̄ tanta est distantiā solis a nube q̄ est speculum  
 solis in representādo yridē q̄ falsū est cū videam? se/  
 pe yridem lōge ante supficiē nubis in qua apparet: q̄  
 enī sollicitē cōsiderāt res nāles expti sunt yridē  
 ita q̄ quantitas arcus in coznu vno sepe est inter vidē  
 tem et montē satis vicinū: et eadē vidēt inter videntes  
 aliquando esse et arborē satis vicinā: vltra q̄ spaciū  
 longe sūt nubes in q̄bus et resultat: hoc at̄ experimur  
 per hoc q̄ videm? montē vel arborē colorari et idēz  
 coloribus q̄ sunt in inferiori pte yridis quādo per yri-  
 dis inferiorē ptem videm? montē vel arborē: contin-  
 git aut̄ experiri maxime quādo nauigam? sup mari-  
 mas aquas fluminū eo q̄ sup flumina et aquas nubes  
 sūt maioris rozationis et aer maioris humoris q̄ alibi  
 et in rozationib? talibus effigiat yris sicut nos iserius  
 oīdemus. Quod aut̄ asserūt veritatē colorū nō esse i  
 yride oīno vidēt absurdū: cum enī lux oīum colorūz  
 sit ypostasis et substantia formalis et constituat colo-  
 res in tincta radīs suis in spicuo denso constat ibi ve-  
 rissime esse colores vbi talis lux manifestissime tāgit  
 in spicuo aeris humidi vel rozationis descēdentis.  
 Sic aut̄ fiūt colores yridis et iō verissimi sūt colores  
 et in tanta arte nature facti q̄ eos ars pictorū ad plenū  
 assimilare nō pōt vt supra dictū est: hoc at̄ quod dicūt  
 pythagorici q̄ iō non sunt colores qz nō manēt nullā  
 hz rōnem: accidit enī coloribus nō diu subsistere pro-  
 pter mām in qua sūt q̄ est in calu cū depingunt in ipa.  
 Si enī esse vez nō habet q̄ nō diu pmanet tūc veri-  
 or hō est q̄ diutius viuit q̄ ille q̄ statim morit quando  
 nascit quod est absurdū. Si aut̄ ex situ aspiciētis cau-  
 satur color hmoi sicut in collo colūbe dicit fieri demo-  
 critus et nero ipeator dicit fieri in collo panonū tunc  
 in diuersis sitibus vidētes yridē in diuersis colorib?  
 debēt eū videre quod est absurdū: vnde constat anti-  
 quos in hoc errasse: erroris aut̄ occasio fuit qz nesciue-  
 runt distinguere iter esse māle coloris et esse formale:  
 māle enī habet esse in q̄lirabit? subiecti in quo est sicut  
 nigrū causat in terrestri ex calido adurētē et siccante  
 cōtrahētē poros et supficiē in humido causat ex frigi-  
 do cōdēsante substantiā et cōstringētē supficiēz sicut ap-  
 paret in nube nigra et carbone nigro q̄ terrestria ē. For-  
 male aut̄ esse coloris ex luce est: et iō in supficie clara  
 porosa in q̄ multa lux pōt diffundi albedo est: et in su-  
 pficie cōtracta obscura in q̄ lux intrare nō potest pri-  
 uatio lucis est q̄ est nigredo: et de hoc tractādū erit in  
 scia de sensibus et sensibilib? Antiqui ergo qz videbāt  
 esse māle debile colorū in yride asserēbant nō esse co-  
 lorē vez: sed dicebant coloris apparentiaz ex situ aspi-  
 cientis et ordine rei visibilib? puenire. Non incōueniē-  
 ter aut̄ opinatus est euripides poeta esse yridē sagit-  
 tas apollinis affixas in supficie camere iunonis in q̄  
 serpentē matris sue inimicū abscōdit: hz enī sonitus i  
 hoc errauerat q̄ apollinem mundi mentem dixerit et  
 sonitus orpheum putauerit solē esse apollinem eo q̄  
 orpheus a sole mentez et consilia bona dixit iflui ho-  
 minib? tamen in hoc nō errauit q̄ dixit yridē esse sa-  
 gittas solis: qz in in veritate colores yridis nō sūt ali-  
 ud nisi radī solis humore vaporis vel nubis diuersi/  
 mode tincti iaculante vaporē aqueum quez euripe-  
 des serpentē nominauit cā supra dicta est: h at̄ sequēs  
 sermo demonstrabit.

### Capitulum .x. de causa efficiente et māli colorum yridis in cōmuni

E

Scursus at̄ his que de opinionib? antiquorū  
 videbant dicēda redeamus ad sententiam.  
 Aristō. cōsiderantes causas colorū q̄ in yri-  
 de vidēt. Dicim? ergo cōiter q̄ ad cām efficientēz  
 et mālem: vna et similis cā est yridis et colorū ppendi-  
 culariter ad solē in nubibus aliquādo erectorū de q̄b?  
 nos dicem?. Cā at̄ efficiēs vrozumqz est radius solis  
 rediens repressus et reflexus ad vaporē in multiplici  
 refractione q̄ vaporē tōtra nubē hoc est an̄ nubem  
 quādo incipit descēdere pte pluuię et hec reflexio ra-  
 diorū in pte silis est reflexioni radij veniētis p fenestrā  
 in vas aque et refracti ad parietē oppositū: omni enīz  
 modo refrāgit radi? in guttis humidis descēdentib?  
 de nube: et ex multa refractione radij multiplicat ibi  
 lumē in corpibus humidis ex opposito sitis et si vel/  
 lemus simile istud bene adaptare tūc sub radio ingre-  
 diētē per fenestrā nō deberet poni vas aq: qz vas ipe/  
 dit solem quod nō pōt transire p aquā: et ideo nō trā-  
 sit radi? per aquā directe ad oppositū s; deberet aqua  
 rozari in radiū multis guttis paruis: qz tūc qliber gut-  
 ta reciperet radiū et reflecteret ad aliā et ad parietem  
 oppositū: et tūc fieret reflexio similis colorū? yridis  
 et ideo aliq̄ phi ponūt exemplū de lanifice pānū villo  
 bene madidū lēta q̄dam excussione excutiētē in ra-  
 dīa solis post illū enī multi colores apparēt in pariete  
 directe et nō sup eū sic fit in radio reflexio avase aqo.  
 Capl. xi. de yride lune et de his q̄ antiq̄ dixerūt  
 de ipō et q̄ sūt expta a modernis.

I

detur at̄ yris p diē ex radio solis p noctem  
 ex radio lune: antiquiores phi putauerūt q̄  
 yris ex radio lune nūq̄ apparet de nocte cā  
 erroris eorū fuit: qz difficilis est observatio nocturna:  
 et qz arcus nō appet nisi in aere alicubi sereno et alicu-  
 bi turbido: h enī raro cōtingit. Adhuc at̄ nō appet vt  
 dicit Aristō. ex luna nisi postq̄ fuerit q̄rtadecima et sit  
 in occasu vel in ortu suo. Dicit enī q̄ nō vidēt yris lu-  
 ne in .l. annis nisi bis et h verba sūt diligētē attēdēda  
 qz infra oīdetur q̄ sole exīte in meridiē in sagittario  
 vel in capricorno pōt esse yris p diē in aq̄lone: cū ergo  
 luna se hēat ad yridē noctis sicut sol ad yridē diei pōt  
 yris noctis apparēt in aq̄lone cū luna est in meridiē.  
 Adhuc aut̄ reflexio q̄ fit ad speculū indicat idē: esto  
 enī q̄ simus in fine septimi climatis: cuius latitudo est  
 versus aq̄lonē .xxviii. gradus qlis est latitudo ciuitatis  
 colonētia fere: et addam? illis gradib? pfectā declina-  
 tionē solis q̄ est fere .xxiii. gradus ad meridiē: cū er-  
 go luna erit ibi declinabit a nobis fere p .lxxv. gradus  
 in q̄ declinatione pōt fieri reflexio ad nubē q̄ est ex pte  
 aquilonis qm̄ luna sup orizōtē tūc nō habebit. xxiii.  
 gradus nō q̄ sp̄ sit yris lune ad oriētē vl̄ occidētē. Ne  
 aut̄ h in dubitationē veniat dicā a me et a multis alijs  
 visū fuisse arcū p noctē in aq̄lone luna exīte in meri-  
 diē nec erat luna plena sed erat amphitrios h est satis  
 plus q̄ dimidia aliquatulū deficiens a plenitudine et  
 erat luna in meridiē vltra zodiacū in signo capricorni  
 in principio signi illi? sol aut̄ erat in fine thauri circa  
 initū geminorū neqz vidēt vez q̄ dicit q̄ in .l. annis  
 nō appet nisi bis qz veridici expimētatores expti sūt  
 q̄ in eodē āno yris noctis bis apparuerit. Adhuc at̄  
 rō nō eēt qre nō appet nisi bis in .l. annis cū h in nullo  
 sit cursu supiorū nec in cōiūtōe eorū nec sup h aliquid  
 tradiderūt obseruatores astronomorū: et iō pto ego  
 q̄ illud Ari. recitauerit ex opinioibus aliorū et nō ex  
 veritate

veritate demonstratis vel experimēti cū absq̄ dubio  
expta sunt a me ⁊ ab alijs veridicis cōsideratozib⁹ so/  
cjs meis ea q̄ sūt obiecta

Caplm. xij. qualiter guttelle rozantis nubis sunt  
specula solis.

¶ Olymus autē h̄ verificare hoc q̄ yris sit spe/  
culū solis: ⁊ iō opz nos accipe ab aere ⁊ re  
ceptionib⁹ diuersis speculoz vt meli⁹ intel/  
ligatur ea q̄ dicturi sumus de colorib⁹ yridis. Dico q̄  
q̄ h̄ est nā oīs pūis sicut aeris humidū ⁊ vitri q̄ quā/  
do radius venit in ipm ⁊ in ipō colorat aliquo colore  
q̄ radius transiens p̄ ipsa defert illū colorē sup corpo  
ra terminata q̄ sūt post puia illa: ⁊ ille color resp̄ndet  
sup corpora terminata q̄ sūt post puia in q̄bus colo/  
ratur radi⁹ sicut diximus q̄ radius venit ex aqua ro/  
zata in radiū in aliq̄ corpus terminatū q̄ ē post roza  
tionem illam ⁊ aquam in radio insulas: ⁊ resp̄ndet  
color ille in quo tingit radi⁹ in aere vel aq̄ sup corp⁹  
imiatū q̄ ē iuxta radiū: hui⁹ at̄ expressū ē exēplū i vi  
tro colorato aut rubeo vel viridi aut croceo colore.  
qz radius trāsien⁹ p̄ vitruū illud silis coloris efficit: ⁊  
cū p̄ vitruū trāsit sup corp⁹ aliq̄ depingit omnes colo/  
res vitri: sup corpus illud nec hoc est tm̄ in aq̄ vel i vi  
tro: sed in omnib⁹ corporib⁹ plane supficiē q̄ eāles in  
situ habēt ptes q̄ vna nō eminet sup alias ⁊ hnt̄ in nā  
splēdorem sicut vitruū vel aq̄ ⁊ habent in supficie terfi  
onem siue politionē: qz nihil speculū est nisi planū ha  
bens splēdore ⁊ terfionē taliū aut speculoz inuenim⁹  
diuersitatē in quāitate ⁊ potētia representationis: in  
speculis enī magnis supficiē plane distincte apparēt  
ymagines ⁊ colores ymaginū eo q̄ sunt splendida ⁊  
plana ⁊ terfa ⁊ magna: in speculis et̄ puīs planis ⁊ ter  
sis ⁊ clari apparēt ymagines ⁊ colores ipsaz dūmō  
nō sint fissa in supficiē suis ⁊ sint mūda sine impes/  
sione macule alicui⁹ q̄ sit in supficie speculi: tūc enī vi  
dent̄ in eis colores distincti ⁊ figure distincte ⁊ sepa/  
rate ab inuicē. Si vō sunt specula minima eālez sup  
ficiēz nō habētia sed angulosā nec sint plana sed forte  
cōuexa vel cōcaua: tunc id quod videt̄ in eis ē tm̄ co/  
lores rei cōfusi: ⁊ nō distincti siue separati ⁊ figure in  
eis discerni nō pnt̄ nec et̄ colores apparēt multū lumi  
nosi ⁊ mūdi eo q̄ vna ps̄ obūbrat aliā ⁊ obfuscat eā  
⁊ iō colores q̄ clare apparēt in speculo si hēret̄ qlitatē  
totalitatis speculi nō apparēt luminosi in tali speculo  
puo: huius aut̄ exemplū est in speculo cui⁹ supficiēs  
q̄si ex granulis rotundis est composita: in granulis. n.  
illis nihil distinctū ⁊ claz apparēt: cū aut̄ duplex sit  
speculū scz extinctū in altera pte sicut vitrum extin/  
guitur per plumbū ⁊ nō extinctū est speculum nō ex  
tinctū puiz in equalis supficiē magis confusus q̄ id  
quod in altera pte extinctū est: in talib⁹ enim speculis  
fortasse videtur aliquid turbulentū propter cām ex/  
trinsecā speculo et̄ p̄ter causas dictas q̄ in essentia  
speculi accipiunt: quibus enim de causis extrinsecus  
speculū apparēt turbidū id quod resultat in speculo q̄  
rum vna est qz forte lumē illustrās colorem q̄ obicit̄  
speculo nō est tāte claritatis quāte speculum esset re/  
ceptiuum: ⁊ iō veritas coloris illius in speculo nō cō  
prehendit̄ clare ⁊ munde sic supra diximus de sole il  
lucescēte in mane quando impedit̄ lumē scz vaporū/  
bua: ⁊ iō tunc nō apparent clare colores yridis: alia  
aut̄ cā est debilitas visus aspicientis qui fm̄ veritates  
colorum resultātem in speculo comprehendere nō va/  
let ⁊ p̄cipue si infirmat̄ visus ex hūoze aliq̄ grosso tur  
bido acuto defluēte in pupillaz oculi: tūc enim diuert̄

catur radius visus sup oculū eius ⁊ impedit̄ homo  
ne clare comprehendat̄ visibilia: vitruū autem radi⁹ visi  
uus ab oculo egrediat̄ ad visibile vel nō dicēdum est  
in libro de sensibus: ⁊ ideo h̄ p̄transiūm⁹ h̄: hoc autē  
tm̄ sciendum q̄ differētia speculoz quantum ad p̄ze/  
sentem p̄tinet speculationē est q̄ speculuz aut est ma/  
gnū aut puū: si puum aut tāte puitatis q̄ nō p̄fecte est  
capax forme aut nō adeo excellens in puitate: ⁊ si est  
excellens in puitate: aut est supficiē clare ⁊ mundum  
aut est supficiē turbide ⁊ cōfuse ⁊ tortuose ⁊ iterum:  
aut est terminatū extinctū in altera pte quod reflectit  
radius aut est puum q̄ transducit p̄ se radius sic vi  
trū coloratum nō extinctū in pte altera: ⁊ adhuc aut ē  
speculum solū aut cuz multis circūpositū vndiqz ⁊ si  
qdē ē magnū planū claz extinctū i altera pte clare rep̄  
sentat ea q̄ in ipso apparēt ⁊ reflectit radiū ad intuen/  
tem. Similiter si est puum nō excellentis p̄rietatis  
plane supficiē mūde ⁊ terminatū siue extinctū repre/  
sentat apparentia in ipso reflectēdo ad intuen<sup>tem</sup>. Si  
aut̄ est excellētis p̄rietatis ineq̄lis supficiē ⁊ nō claz  
⁊ tamē terminatū reflectit colores cōfuses ⁊ nō yma  
ginem. Si vō sit excellētis p̄rietatis puiz ⁊ nō cla  
rum ⁊ nō planū accipit radiū in colore suo cōfuso co  
lorans ipm ⁊ traducens ⁊ iō nō bene resp̄ndet p̄cipue  
si multa sunt simul talia qz p̄icit colorē p̄ceptū sup al  
terā ⁊ generat̄ ibi p̄fusio q̄ daz indistincta colorū ⁊ nul  
lius figure distincte sit representatio: qz q̄ ista p̄mittēdo  
dixim⁹ de rotunditate arc⁹ ⁊ coloribus ei⁹: ⁊ diximus  
in cōi q̄ cā representatōis colorū est terfio aeris humidū  
⁊ guttulaz rozādo descēdentū a nube: tūc necesse ē  
vt dicam⁹ exp̄sse q̄r est et̄ illaz p̄ditionū quas dixi/  
mus de speculū p̄fusis in rozādo a nube descēdēte. Et  
ad h̄ sciendū q̄ nunq̄ terfio ⁊ splēdor sūt in aere ⁊ aq̄  
nisi qn̄ descūt a motu cui⁹ cām satis bñ dicit aluredus  
ingens q̄ ex dēte pres aeris ⁊ aq̄ cū sint siles p̄fluunt  
⁊ sic exterior supficiēs sit rotūda. ⁊ leuis recipiēs ra/  
diorū ipressionez: ex motu at̄ sit triū hui⁹ cū mot⁹ sit  
dēti trius: ⁊ h̄ snia sibi Alex. p̄p̄arētici ⁊ themistū:  
cū ergo sic descūt a motu aer ⁊ aq̄ recipiūt radiū solis  
in p̄sūdū sui ⁊ restringit̄ in ipis ⁊ reddit̄ corporibus  
vicinis ⁊ multiplicat̄ ex q̄ multiplicatōe lūis puenit  
multiplicatio ⁊ maior claritas colorū: adaptem⁹ q̄ que  
dicta sūt ⁊ dicam⁹ q̄ guttelle rozādo descēdētēs a nu  
be sūt specula puia puia nō bñ cōtia ⁊ nō bñ munda ⁊  
sifr aer intermedi⁹ eoz q̄ est dep̄sus ⁊ humescēs in q̄  
bus speculū puīs recipit radiū ⁊ restringit̄ de qlibet in  
quālibet ⁊ de guttūl in aerē hūidū ⁊ ecōuerso ex quo  
multiplicat̄ in eis lumē ⁊ tingit̄ in diuersos colores eo  
q̄ recipiūt q̄si colorem solis q̄ est lumē radiozum eius  
⁊ nō solis ymaginem.

Caplm. xij. de declaratione q̄r colores resultans  
in aere ⁊ aq̄ tāq̄ in speculo p̄fuso in q̄ est oi. excludēs  
errore quozū daz circa dicta.

¶ Aut̄ que dicta sūt exēplo pbant̄ expto: hō  
enī inuētus est isirm⁹ in visu: cui⁹ visus debi  
litat⁹ fuit ex humoze grosso turbido in pupil  
lā defluēte in multa quāitate ⁊ oū tret ex multo hūo  
re tali habūdāte in oculū ipzimebat̄ in hūoze illo yma  
go ei⁹ cōfusa ⁊ p̄cipue oculo sic in speculo qdā ita q̄  
putauit aliū silem sibi corā facie sua ambulare: cui⁹ cā  
fuit quā dixim⁹ qz v3 effigies corporū nata est figura/  
ri in aere hūido ⁊ in aq̄ p̄ eū modū q̄ figure rez sūt in  
reb⁹ ipis ⁊ qz hūiditas silis hūiditati aeris ⁊ aq̄ deflu  
it in oculū isirmū: ⁊ iō silis ymago format̄ aliquādo  
in humoze oculi ⁊ fortasse h̄ tale qd̄ videt̄ in aere qū  
b ij

## Liber Tertius

aer est mundus a vapore infer<sup>o</sup> & visus similiter mū/  
ab humore defluente in pupilla & fortasse tūc nō vide/  
tur. Sed quando vidēt ymagines in aere libero ava/  
pouibus ab oculis sanis nō potest hoc esse nisi quan //  
do excellēs frigus reprīmēs vapores in terra & aq̄ ve/  
hementer inspissat aerē: qz tūc aer spissus efficit tenti/  
uus ymaginū & representatiuus earūdez: si at nō vi/  
des tal' ymago in aere: h̄ erit ppter vnā dictaz cāp̄. s.  
ppter turbulentiā aeris: aut ppter debilitatē visus: vi/  
sus aut debilis pōt eē duab<sup>o</sup> de causis. s. ppter se cū  
ē ifirm<sup>o</sup> aut ppter obiectū imutās visū qm̄ v3 coloryl'  
lumē iprimēs in aere vel in speculo est debile: est autē  
cauēdū hīc ab expositione quozūdā q̄ dicitur ea q̄ di/  
cit Aristō. de speculo eq̄lis sup̄ficiēi esse intelligēda ē  
speculo plano & ea q̄ dicit de speculo icq̄l' sup̄ficiēi eē  
intelligēda de speculo cōuexo & de speculo cōcauo qd̄  
nullo mō stare pōt qz q̄libet istoꝝ speculoꝝ munde  
rēp̄sentat colorē & figurā ymaginis distinctā & exp̄s/  
saz & reflectit radi<sup>o</sup> a quibet illoꝝ ad āgūlū eq̄le cū an/  
gulo radij incidētis in speculū qd̄ nō fieret si nō clare  
& mūde figura rēp̄sentaret in cōcauo & cōuexo. Adh  
aut nos videm<sup>o</sup> h̄ esse falsū qz cōuexū est speculū quo  
cōitervimur & ab illo oprie rēp̄sentat colorē & ymago  
& i nullo videt a plani specl'i rēp̄sētatiōe differre nisi qz  
minoz apparet figura in cōuexo q̄ in plano. Dicitur ēt  
isti a quo cauēdū est valde. s. q̄ debilis visu a quacū //  
qz cā visus debilitat videt ymagines in aere: cui<sup>o</sup> cāz  
esse dicitur q̄ visus fm̄ geometricas p̄spectiuas videt  
esse in extremitate radij emissi ab oculo & qz visus sa  
nus penetrare pōt vsq̄ ad rē visaz p̄pterea non videt  
ymaginē nisi in re visa in q̄ terminat radi<sup>o</sup>: quādo autē  
infirmus est visus & obscurus tūc nō terminat in re vi/  
saz citius forte ad duos vel tres passus: & ibi videt  
ymaginē. Si eni vep̄ diceret tūc cessaret opinio Ari.  
in hoc q̄ dicit q̄ videm<sup>o</sup> intus suscipiētes & nihil extra  
mittētes. Adh at si p̄cedat nos emittete radiū qm̄ vi/  
dem<sup>o</sup> i cui<sup>o</sup> extremitate nobis appet res visa tē oportet  
vnū videre rē ad duos passus an̄ se & alinz ad tres &  
tertū ad sex: & ita oēs differēt rē viderēt cum vix  
nunq̄ cōtingat plures eq̄l' forte visū hēre: adhuc autē  
istā iniam Aristō. ita vt nos dixim<sup>o</sup> oēs p̄bi. s. Alex: &  
themitius & porphyrius sūt interpretati: seneca ēt in li  
bro nāliuz qonū vbi recitat opinio. Aristō. de yride p  
hūc modū quē dixim<sup>o</sup> recitat eā.


**Capitulum xiiij.** & est de. de. cās colorū & figure yridis  
vt oīa q̄ dca sūt & dicēda facili<sup>o</sup> itelligant.

De eidentiaz autē oīuz p̄cedētū & subsequē  
tium nos hic simul ponam<sup>o</sup> cām colorū yri //  
dis & cām figure eius & cām ordinis suozum  
colorū fm̄ nostrā opinione & ostendem<sup>o</sup> postea qm̄ cō  
cordat cū opinione algazel: & cū opinioē Nicolai py  
patetici & cū opinione Aristō. Dico ergo p̄zio q̄ cer/  
tissimū est ex nā grauis aquei grossi & leuis calidi &  
subtil' q̄ sunt in vapore eleuato qm̄ vapor h3 figuraz  
pyramidalē: & cū descēdit vapor aqueus cadēs & plu  
ens pyramis illa basiz h3 in terra & chonū supra in ae  
re: & cū aliquādiu descēdit maior ps pyramidal' illius  
figure facit in terra cū aut nubes rozare incipit ante  
pluuim magnaz necessario sūt sub nube quatuor cor  
pora perua: quoz p̄zimum est nubes spissa nigra. secū  
dum est rozatio subtilis minutissimaz guttaz in su  
perioꝝ pte sub cōcauo nubis: tertium autē est rozatō  
grossioꝝ magis contuncta inferiori pti pyramidis: &  
quartū est aer taz humescens immixtus omnibus his  
spissus ex frigoze & humidus ex alteratione rozatio /

nis descendētis per ipsum: stat ergo tūc pyramis ro  
rationis duplcis grosse videlicet inferius & subtil' su  
perius sub cavitāte nubis immixta aeri spisso & humi  
do: & hec aduertenda sunt ex pte eius in quo sigillatur  
yris sicut in subiecto: ex parte aut sol' intelligendū est  
q̄ nō in omni situ potest facere yridem in nabe: qz nō  
ab omni situ & irradiatione solis ad nubem fiet refle  
xio ad oculos intuetium & ad solez: oportet enim q̄  
sol irradiet nubem inferius vbi sūt illa quatuor p̄spi  
cua que diximus: qz si irradiaret sup̄ius nubem cade  
rent radij eius sup̄ nigram nubem & nō faceret yridez  
& opz ideo q̄ sol sit in opposito situ nubis in q̄ debet  
fieri yris ad determinandum descensū quez nos infra  
dicemus: qz hic opus nō habem<sup>o</sup> de ip̄o: cuz ergo sol  
ex situ opposito irradiat sup̄ pyramidem de qua dixi  
mus s. reflexio radioꝝ solis multa a quatuor p̄spicu  
is corporibus que. s. re fringunt radios solis. s. a roza  
tione grossa aquosā inferiori & a rozatione subtili &  
vaporosa superiori: & ab aere spisso humescēte immi  
xto & a nube spissa sup̄rema: fit aut refractio radioꝝ  
ad extremitates pyramidis aquosē q̄ est sicut globus  
sectus p̄ medium aliquantum eleuatoꝝ in medio q̄  
sūt semipera ppter quaz eleuationez accedit ad figu  
ram pyramidis radij ergo in extremo illius multipli  
cati ppter multam eoz refractioem generāt colores  
yridis: qz radij diffusi in rozatione inferiori grossa que  
habet humidum aquosū magis resolutum & indige  
stum & p̄fundati in profundo eius faciunt colozem vi  
ridem claz si multa est ibi lux & purz est ibi p̄spicuum  
vel obscurz si sit lux pura & spuz p̄spicuum radij autē  
solis in superiorī rozatione que multum habet de fu  
moso terreo adusto constituunt ibi rubozem ad mo  
dum colozis vini rubei p̄ quod fulget radius solaris:  
& ille est ruboz clarior & obscurior: fm̄ quod multipli  
catur ibi radius solis & ex hoc q̄ purus vel impur<sup>o</sup> ē  
fm̄ p̄spicuum spaciū rozationis superioris: in medio  
aut vbi aer est immixtus humefactus constituit color  
rubeus & est variatus ille color inter album & rubeuz  
in superiorī parte & inter album & viridem in inferio  
ri parte eius. Si enim fuerit acz tenuis paz habēs de  
humido & minus de subtili fumoso inteso erit valde  
pallens color ita q̄ paz potest discerni citrinitas eius  
& si habuit de humido plus & paz de fumoso erit ma  
gis declinans ad nitozem eius: & si habeat plus de fu  
moso erit citrinus vel habens colozem palec qui me  
dius est inter citrinū: & palidū: hec ergo est verissima  
cā colorū yridis. Causa at rotūditatis est ex duobus  
congregata. s. ex subiecto in quo depingit & ex causa  
efficiente ex subiecto q̄dem qm̄ sicut habitū est subie  
ctū eius est rozatio descendēs: & illa est globosa pyra  
midaliter & in illius sup̄ficie in circuito depingit: ex cā  
aut efficiēte: qz sicut superius diximus cū de halō so  
lis et stellaz loq̄remur ex sole lumē radiale pyrami  
daliter egredit: cui<sup>o</sup> pyramidis sup̄ior arcus tm̄ in se  
miglobo rozationis dicte figurat: & alia pars maioꝝ  
iacet in terra & yris nō excedit semicirculū & raro est  
semicirculus s3 frequēter est portio minoz semircu  
lo. Causa aut ordinis colorū est qz rozatio pura habēs  
fumosum admixtū ppter nām leuis tenet se sepius in  
globo: & ideo sup̄ior color q̄ exterior est in yride ē vi  
nosus: & qz grossum aqueū resolutū descēdit ex natu  
ra grauis: ideo inferioꝝ & exterior color in arcu est vi  
ridis: aer aut humefactus spissus medius est & iō ce  
ruleus color est medius q̄ aliquando in duos colores  
versus extrema variat: p̄pter cām quam diximus:  
& ex his

z ex his patet propter quid colores yridis nō sunt nisi tres vel ad plus quod esse possunt sunt quatuor: si enī medius se teneat in vna nā z dispositione aeris humidi in quo depingit colores apparēt tres tm̄. Si aut̄ variat in duas naturas vel dispositiones tūc resultant quatuor: z sic patent omnia que in yride resultant quo ad colores z figuraz eius.

Figura yridis



Capit. xv. z est digressio soluens dubia q̄ possent moueri circa dicta de yride.

Ubitabit aut̄ fortasse aliquis z dicet quis distinguet colores yridis quātum ad locum vt vnus sit distinctus ab alio: cū enīz tota rotatio illa mixta sit videt̄ q̄ colores imixti debēt resultare: adhuc aut̄ ex lumine solis distinctiōne nō habēt cum ip̄m sit vnus z vno modo se habēs. Alterius etiā erat aliq̄s qd̄ est qd̄ dictū est tria humida q̄ in globosa rotatōe sūt esse specula p̄fusa. Specula enī est terminatū reflectēs radiū z ymaginē ad intuetē: h̄ aut̄ p̄spicua sūt suscipiētia radiū in p̄fundum sui z iō nihil silitudinis vident̄ hēre cū speculis. Adhuc aut̄ radius recipit̄ z penetrat in p̄fundū istoz triū humidoz: radi⁹ aut̄ p̄cedēs alius est a radio reflecto: qd̄ est qd̄ dictū est q̄ radius refrāgit̄ in quatuor dyafanis q̄ sūt ibi: z ex illa refractiōe lumē dicit̄ multiplicari. Adhuc aut̄ h̄strabit aliq̄s cum pyramidalis ille globus tot⁹ sit dyafanus q̄re nō resultāt colores isti in tota pyramide. Adhuc si dicat̄ q̄ eius i extremō resultāt ibi radi⁹ possunt sup̄ ip̄am tūc in circuitu in extremo debēt resultare: z ita cū sol est in occidentē sicut est semicirculus globus illo: ita debet esse alius tendens in pyramidalis globo illo: ita debet esse alius intēdēs ab orientē in occidentē vt sint q̄si duo semicirculi secātes se in medio ad angulos rectos spales: ubi ratio aut̄ q̄ relinquit̄ de hoc qd̄ est minor semicirculo infra specialē hēbit locū. Dico aut̄ ad oīa h̄ qm̄ p̄z habitata facile terminant̄: cā enī distinctiōis colorū ē nā pyramidalis diuersimode cadēs: qz id̄ qd̄ est grossū paulatiz residēdo ex nube p̄uenit subtile fumosū in loco descēdēdo deorsū q̄ mot⁹ residētia vocari pōt̄ anteq̄ fiat mot⁹ q̄ dicit̄ casus pluuię: z qz residētia illa diuersa subtilis z grossi sit in loco distiguit̄ p̄z pyramidalis rorationis: iō distincti apparēt colores. z lz tot⁹ glob⁹ sit mixt⁹ tm̄ plus abūdat hūidū fumosū in sublimi et̄ sub nube q̄ tā resoluūt̄ z plus habūdat grossū aqueū in inferiozi et̄ z aer hūidus in medio vbi globus est vaporosus z aere⁹ qz fumosū leui⁹ z calidius est aere spisso z humescēte: radi⁹ et̄ sol⁹ sit vno mō se habēs in diuersimode tangit̄ fm̄ q̄ in trib⁹ his hūidis imergit̄ transiēs in p̄fundū ip̄oz. Hoc aut̄ q̄ q̄rit̄ de h̄ q̄ speculū n̄ ē videtur hūidū pyramidalē: soluedū est p̄ andcā qm̄ speculū duplex ē. s. h̄ n̄ nāz specti ex h̄ q̄ ē splēdidū z tersum z aliquo mō spissitudinē tenens ea q̄ imprimēt̄ sibi: lz sit p̄m̄z: z hoc modo aq̄ z aer sunt

specula. Alio modo dicit̄ speculum quod oēs proprietates h̄z speculi terminati quod distincte reflectit ymaginem tuētis ad ip̄m: z hoc modo nō sunt specula aq̄ z aer: z iō ēt colores nō vident̄ in ipsiis nisi emin⁹ alius quis aspiciat̄ z nō is qui respicit̄ p̄pe sicut ēt color aurore nō apparēt nisi eminus aspiciēt̄. Radius aut̄ reflectit̄ in duob⁹ speculis istis plus z min⁹ qm̄ totus reflectit̄ in speculo terminato z q̄si tingit̄ z diffundit̄ in p̄spicuo spisso sicut apparēt in his q̄ vident̄ p̄ cristallū z aquā q̄ iō maioris quātitatis apparēt q̄ sint qm̄ radius refract⁹ i ipsiis diffinit̄: lz nō tot⁹ reflectat̄ a superficie bus ip̄oz. Adhuc aut̄ q̄ q̄rit̄ quare nō totus globus apparēt in colorib⁹ yridis vel ad min⁹ quare nō apparēt duo arcus adinuicē se secantes: dicendum q̄ nūc q̄ apparēt color yridis nisi vbi radius pōt̄ trāsire per globū: hoc aut̄ est in extremo tm̄ superiozi: qz in medio globus spissus est p̄pter multā mām residentē: z iō radius solis ibi extinguit̄ visibus nostris oīno: z lz in circuitu nater subtile sup̄ grossū sicut expresse videtur in hoc q̄ cornua arcus descēdūt vsqz ad terrā: tm̄ circa solē nō extinguit̄ siue colorat̄ radi⁹ ita q̄ p̄cipiat̄ qz lz in extremo et̄ diffundat̄ tm̄ nigrū spissum quod est subtile ipedit̄ tincturā z extinguit̄ eā: z hui⁹ exp̄sum exemplū docebo p̄ instrumentū. Si enī accipiat̄ vas cristallinū cōcauū sup̄ bene spissū z angulare z cōcauum eius impleat̄ liquore nigro sicut incaustro vel atramento z ponat̄ p̄tra radiū solis videbit̄ radius p̄ ip̄suz z nō in spisso nigro p̄pter qd̄ nō apparēt aliq̄s arcus in pyramide illa nisi ille q̄ constituit̄ ex lumine solis: merito in quietate superficie superioris in circuitu q̄ posita est directe cōtra solē z ex his p̄z solutio dubioz.

Capitulū. xvi. z est digressio declarans duo esse subiecta yridis ex quibus aliq̄ quatuor yrides apparēt  
 Quis autem subtiliter considerare voluerit  
 s viū z ratione deprehendet duo esse subiecta yridis: vnum p̄imum quod est subiectū sue generationis z alterz consequens in quo nō generatur yris sed radio solis deserit̄ super ip̄m: q̄ tali exp̄ptū est arte. fiat enim arcus vitreus tres habens distinctiōnes: ita q̄ superior arcus sit ex vitro claro: ru/ beo: z medius sit ex vitro citrino bene claro z tenui: z inferior sit ex vitro claro yridi: z sint iste tres p̄tes vitri arcuosi bene aptate z decenter cōiuncte per plumbum sicut fieri in vitreis p̄uenit: ita q̄ plūbū sit adeo strictū q̄ vmbra eius vix discerni possit sicut linea n̄ multum magna z teneat̄ cōtra solē itatiz enīz in vitro generant̄ colores yridis z vitri figura representabit̄ figuram yridis z radius tinctus in vitro illis cadet sup̄ parietem oppositum qui est post vitrū pinget̄ sup̄ parietem illum alium yridem qualis est ille qui generatus est in vitro per omnem eundem modū generat̄ yris ex radi⁹ solis in superficie dicte pyramidis exteriori: z si sit nubes bene spissa post pyramidem illam radius tinctus in pyramide depingit̄ aliū arcū similē illi sup̄ eam: z hac de cā aliq̄ ex duobus arcibus apparent quatuor z ex vno duo sicut nos ex p̄ti sumus frequenter z p̄baumus signo infallibili cū deprehendimus nubē nigerrimā habere yridē z amittere subito nulla variatione facta in nube ex casu materie que  
 b iij

primo recepat yridem modo, qui dictus est: et hac de causa multi hestitarunt in dictis phi dicentes quod apparent ad plus duo yrides cum nos sepe videmus tres et quatuor in eodem situ contra solem. Nos tamen infra declarabimus dictum phi dicentes quod per duo yrides intelligitur de duobus in oppositis sitibus collocatis sic videtur sit ad orientem et alter ad occidentem: quod hoc aliquando erit possibile sicut inferius declarabitur: quia in hoc necessarium est nobis scire modum descensus solis quoniam potest facere yridem.

Capitulum. xvij. de subiecto yridis in quo primo generat et qualiter generat in illo precipue secundum colorem superiorem qui est vinosus.

In prelibatis facilia sunt dicenda secundum seriem  
**h** Aristoteles coloris enim esse est propria quod quoniam pluviam rotando suaviter incipit in aquam resoluti superfluitas multi vaporis qui frigore coartatus et in spissatus fuit in nubibus et sit ex illo vapore inspissatio rotatio parua antequam sit pluvia magna: sit autem hec rotatio quando incipiunt residere partes nubis quando grossa a subtilibus incipiunt separari: quod enim partes residentes usque ad terram resideant probat per experimentum: quod si quis a longe aspiciat pluviam quando illa incipit videtur vapor ad modum nebule nigre spisse opire locum illum in quo pluit in tantum: quod si est locum motuosus non videntur iterum montes et si sint edificia magna et multa in loco illo nihil apparet de edificijs illis Sic ergo semiglobus illius rotationis residet usque ad terram et efficitur sicut pyramis: cuius basis super terram dilatatur et conus erigitur: cum ergo sol oppositus rotationi in ipsa relucet et in nube que pedet quasi cadendo super eam: tunc lumen solis in virosque istorum. scilicet nube et rotatione resplendet si est super speculum tersum et purius et tunc nubes et rotatio recipiunt colores quod resplendet in eis ex sole: sed diversimode recipiatur quod semiglobus rotationis recipit colores yridis et nubes recipit alios colores de quibus supra est habitum et in parte infra determinabitur: colores ergo ibi generati imprimunt et appropinquamur aeri intermixto rotatione subtili et grossiori: et tunc tingitur colore quodam resultante ex colore duplicis rotationis qui medius est inter duos extremos colores yridis: et huic simile est in speculo luminoso bene recipiente et representante ex quo informatur aliud speculum vitreum illi oppositum: sicut enim guttula guttulam et humidum aque variat aere iam humescit: quotienscumque ergo ita se habet subiectum yridis et sol ex opposito situ fuerit non impeditur in proiectiendo radium super rotationem illam: tunc refultat yris qui arcus demonis dicitur propter causam quam supra diximus: et potest accidere quod calor resultans ad oppositum solis erit niger multum vel remisse: et hoc fit quando nubes est aquosa valde in qua est actio aqua turbide et multum spissate per frigus temporis vel loci: quod tunc radij solis non possunt recipi in interioribus eius: et ideo nubes illa remanet nigra: potest etiam contingere quod resultet ibi color albus pallens: et hoc accidit quando nubes est aerea multum rara in aqua non vincit: et precipue si est nobis propinquus aer ille. Sed in yride alij colores apparent ex splendore et tensione humorum qui sunt in ipso qui sunt vinosus et viridis et citrinus sicut supra diximus: quod autem rubeus color yridis fiat ex humido fumoso adusto aliquantulum probat duobus experimentis: quorum unum est quod nos sepe in igne videmus talem colorem in flamma eius quando fumo elevatus ex lignis succedit et hoc fit quan-

do ligna sunt viridia et humida: quod tunc multe materie humide fumose miscentur fumo ignis: et quando ille ignis sit flamma tunc apparet color vinosus illuminatus splendore alicuius lucis: et hoc etiam videtur in ortu solis vel occasu: quod tunc sepe videmus colorem solis esse sicut pruna siue carbonum ardentium: aut etiam vehementioris rubedinis et illud quidem accidit ex fumo humido vapore multo qui ascendit et attrahitur ad solem calore luminis eius: et est inter nos et solem: et ideo eadem de causa accidit color vinosus in arcu demonis sicut diximus supra.

Capitulum. xvij. de causa quare et quando cito cadit yris et de differentia eius ad halo in colore citrino

**c** Multis modis cadere de causa que supra dicta est. Sed cum superior color incipit diffusi pari et vergere ad citrinitatem primo et postea ad albedinem et inferior similiter tunc statim disparet yris et non videtur amplius et hoc est ex fragilitate materie in qua est arcus: unde si non esset materia instabilis tunc colores yridis permanerent diu sicut diu permanet circulus qui corona vel area vocatur cuius supra fecimus mentionem: sed accidit yridi subita differentia sicut diximus et tunc distrahitur et sic id quod semicirculare fuit longum descendens per albas et nigras virgulas sicut perpendiculares vel quasi perpendiculares erectas in nube super terram quasi faciens angulos rectos antequam etiam sic distrabatur non complet circulum: sed potius videtur sicut semicirculus vel minor portio semicirculi cuius inferius reddemus rationem. Adhuc et alia causa est quare non diu permanet yris sicut diu permanet corona que halo grece vocatur. scilicet quod yris non est materialiter ex vapore subtili quem in sublimi continet caliditas sua. Sed potius est ex humido iam incipiente cadere quod frigiditas solis in pluviam et ideo circulus qui continet solem et lunam et stellas diu permanet non autem yris nec est etiam sicut humiditas aeris que facit circulum qui in colore est inter croceum et rubeum circa candelam quando flat auster: quia secundum veritatem illa humiditas licet reprimatur ad terram gravitate sua: non tamen adhuc resolvitur sed suspensa tenetur caliditate in aere et circulus talis ex flatu austeri causatus precipue in fine diei et circa crepusculum videtur: quia tunc vaporosus humidum frigiditate noctis comprimitur et inspissatur ut videri possit quod non poterat visu deprehendi quando fuit rarum ex calore diurno. In nocte autem precipue post medium noctis vincit in eo frigiditas vel convertens ipsum in aquam vel reprimens ad terram et tunc iterum non adeo frequenter videretur. Illi autem qui vident tales circulos circa candelas sunt precipue qui habent oculos humidos humore fluente in pupillam eo quod in talibus est duplex humidum scilicet aeris et oculi cooperiuntur ad circulum: quia humiditas oculi recipit radij candele et coloratur radius in humido: et deinde reddit ipsum oculo in tali colore qui taliter recipit ipsum propter debilitatem suam: quia si non esset debilis ex humore videret lumen candele clarum sicut est in veritate. Similis autem circulus in figura: licet non per omnia sit similis in colore accidit in aere quando humiditas permixta fuerit fumo inflamato ascendenti ex igne copioso et agitato per ventum: sed rotunditas tunc declinat parum ad nigredinem eo quod ex vapore humido fumoso multe sunt partes terrestres combuste que nigre sunt sic fuligo: et tunc circulus

circulus cōtinens cādela in colore aliquatūlū declinat ad colozē purpureū: h3. n. colozē citrinū purpurefcēē aliquatūlū: 7 h iō qz calor ignis cādele nō est oino clarus albus s3 h3 fumosum humidū inflāmatū qd declinat in purpureū colozē aliquatūlū: 7 iō coloz ei⁹ non videt in toto vinosus: qz coloz de cādela rediēs ex aere nō est multus neqz spissus eo q nō multū humidū circūstat eū. Est autē attēdendū hic qz iste sermo Arist. est. plix⁹ 7 obscurus 7 lucide 7 breuiter dicēdo cāzve locis casus yridis est: qz gnatio ei⁹ est in mā iā cadēte: cū emz primo eleuat vapor stat diu anteqz irigore ex/ pellat calidū eleuās 7 spisset in nubez: 7 cū est nubes diu stat anteqz partes residere incipiāt 7 seperari p cō uersionē ad aquā: s3 cū iā resederūt partes 7 sint puer se nō diu pōt esse vsqz ad descensum pluuię: qz yris generat in partib⁹ que iam descenderunt aquose sub nubis concavitāte parum stat yris vsqz ad pluuię ad uentum: 7 hec causa est qz quādo videtur yris precipidi tur in eadem hora pluuiā futura opposita vero causa est qz circulus diu moratur: qz generatur in vapore: qz diu permanet propter causam que dicta est: cum ergo deficit yris mutat ad colozē pallidū 7 sūt virge in/ termixte in nube descēdentes quod ideo est: qz tunc cadit rozatio per guttas magnas: 7 ideo dissipat materia nubis: 7 sit in partibus peruia 7 in partibus nigra: 7 ex illo videt nubes esse virgata perpendiculariter: omne enim concatum a quo cadunt partes eius necesse est dissipari 7 discontinuari: 7 ideo vbi frigus habūdat s3 hie 7 denigrat 7 vbi plus ceciderūt partes puia 7 pallens efficit: quātū autē citrinū yridis differt a citrino circuloz circa cādela vel ignē generatoz ex supradictis est satis manifestū.

Capl3. xix. de exēplis p que probant colozes yridis generari prehabitis de causis.

Colozes autē yridis ex causis supradictis gnā c ri multis astruit exēplis quoz vnū est qz qn nauigat in mare vel alia aqua bene clara nō lutulenta 7 remis eleuat aqua 7 radius solis respēdet i aqua p remū pcutit in ventre nauis generant colozes yridis 7 circuli cōtinētis cādela hoc excepto qz in circulo nō videt coloz vinosus nigre rubedinis sed purpurefcēē aliquatūlū vt supra dixim⁹: ē at cā hui⁹ qz remus in diuersa tenuitate 7 spissitudine pcutit aquaz 7 eleuat aquā: in extremitate. n. remus pfundius pcutit 7 sic semp minus pfunde vsqz iuxta nauē: 7 iō pcedēs aqua de profundo ac tenui in parte vbi plus 7 spissior eleuat viridē gignit colozē 7 in tenui parte rubeū 7 in medio croceū purpurascētē. Aliud exēplū est qz si accipiat aqua pura 7 aspergat minutissimis guttis lenit 7 tenuiter ita qz nō cito cadat qz aspersio arabice vocat hallebe 7 opponat solis radio tali artificio ita qz pars ei⁹ sit in vmbra: 7 ps in radio videbunt post asersionē illā in terra vel in pariete colozes similes colozib⁹ yridis pp obscurū pmixtū cū claro in speculis guttulaz rozationis illi⁹: vnde cā in oibus his exēplis est vna qz in vna aqua qz pcutit p remos est sic in rozatiōe. s. qz solis radq diuersimode colozant in aq 7 postea trāseūtes p aquā illā ponūt colozē istū sup corpora sup qz cadūt ex sole alia etiā exēpla nos pbauimus sepe de cristallo angulosa lōga cui⁹ si pars teneat in vmbra 7 pars in radio solis 7 resultabūt clarissimi colozes yridis in terra vel in pariete oppositis 7 similitr sit in lapide qui pp cām dictā yris vocat 7 generat in mari rubro 7 in germania in magna quātitate 7 est in colozē vt cristallus 7 vt sagonus. Seneca etiā dicit si vitrū bene albū

7 puū longū fiat 7 angulosum spissum in sole 7 in vmbra predicto mō teneat eodē mō colozes generabit 7 in omnib⁹ hīs vbi radius percurit super pofundius 7 spissius lapidis vel vitri ibi fit coloz viridis 7 in sublimi: 7 in vno angulo vbi tenuis est lapis generatur coloz rubeus multū clarus 7 in medio ceruleus generatur qui diuersificat fm quantitatem spissitudinis mer die inter angulū 7 maximam lapidis spissitudinez istū ergo colozes in yride sunt ex diuersitate humidi aquei qd descendit a nube.

Capl3. xx. qz colozes yridis etiā sunt in nubibus que sunt sub sole s3 nō videant.

In nubibus etiā qz subēdunt soli 7 si nō sēt ex opposito solis sunt fm rei veritatē istū colozes s3 nō videri possunt clare in nubib⁹ illis qd iō fit: qz nubes pp multā diuarcationē radioz rep sentantiū siue splendentū sup ipsos ex sole vident albe a nobis nisi sint multū denē: 7 tūc in circuitu videntur albe 7 in medio nigre nec pōt in eis pp claritatē solis ali⁹ coloz discerni. Si autē opponat aque alicui stā/ si sicut stagno vel etiā ponat cōtra nubes vas nigrū in quo sit aqua clara vel oleū: tūc in illo vase sic in speculo respēdet nubes 7 vident in speculo illo colozes yridis obscuri 7 cōfusi 7 inordinati: 7 hoc est iō qz in celo nō cōprehendit visus in veritate totū qd est in nubibus propter claritatē que est ex radq solis super nubem que obtegit colozes 7 diuarcat visum. S3 in speculo est minor claritas 7 visus non est diuarcatus sed potius adunatus in nigredine aque vel vasis in quo est aqua. Tali etiā experimento videt luna incidere soli tempore eclypsis solis que in celo videri non potest. Fortassis autē aliquis obijciat dicens qz non debent tot colozes videri in nubib⁹ celi. Non enim ibi videt esse nisi lux 7 vmbra. lux autē de se non facit in dyafano nisi si colozem albū. vmbra autē cū pziatio luminis sit nullū colozem constituit ergo cū albo non est extremū qd faciat medios colozes 7 ita nullus rubeus nullus viridis 7 nullus croceus esse debet: qz etiam in inferioribus ea que componunt ex duob⁹ extremis non constituerent si vitrūqz extremū non poneret in esse. Am/ plius autē in nubib⁹ que sub sole sunt non vident esse tales colozes: qz nobis non apparet nisi inferior super fices istaz nubū: 7 illa nihil habet de radq solis ergo ex diuersa participatione radioz non constituūtur ibi diuersi colozes cū tamē supra dictū sit qz omnes colozes qui sunt in superiorib⁹ constituant diuersa radioz participatione. Adhuc autē si solis claritas obtegit colozes ne appareant in nube: ergo etiam obtegit eos ne imitent speculū: qz id qd diuarcatū est splendoze non bene apparet in speculo. Adhuc dicemus qz colozes superiorū omnes sūt fm diuersam lucis participationem a vapore 7 nube ascendentib⁹ vel descendentib⁹: 7 licet ibi non sit nigrū cū albo constituens colozes nubū tamen est ibi spissum 7 rarū que diuersimode in profundū sui lucem suscipiūt 7 lux sola per modū qui dictus est suscepta sufficit constituere colozes fm suū esse formale quod habent ab actu lucis: 7 qz esse materiale perfectū non habet: ideo colozes nubū non permanent nisi luce presente 7 ipsa absente desinunt nisi forte aliquem habeant debilem colozem ex claritate stellarum. In nocte enim non videt in nubib⁹ nisi coloz fuscus propter absentiam lucis causatus. Ad aliud autē dicimus qz nos sub sole videmus vnam partē nubis nobis oppositā in qua tamen diuersi colozes obscuri sunt eo qz puia sit plus 7 minus pp qd etiā

tales colores obscuri sunt & quasi panno subtili peruiso te-  
cti & resultant sicut pictorum color inferior per superiores  
peruii. Nec est vix oino quod sol claritate sua tegit co-  
lores illos sed potius diuaticado visum aspicietis facit  
visu debile ne videre possit distinctos eos a corpore quod  
non sit in speculo aque opposite & ideo in illo clare videtur.

Capitulum. xxj. de ordine & dispositione colorum yri-  
dis in nubibus albis & nigris qui sunt vinosus viri-  
dis & mixtus.

Am ante diximus omnes colores arcus qui voca-  
tur yris & sunt tres vel quatuor & non plures.

Sunt enim color vinosus & viridis & tertius qui  
comixtus est inter album & citrinum aliquando plus decli-  
nans ad unum & aliquando plus declinans ad aliud. Sunt  
autem sic ordinati ut vinosus sit extrinsecus in yride oc-  
cupans maiorem arcum: & hoc ideo quod radius solis pyrami-  
daliter egrediens tangit in arcu pyramidis ibi sibi yridis  
rotunde & semicirculariter & ex diuaticatione refracti se-  
pius radij multiplicat ibi lumen in humido fumoso quod  
est humidum rotundum sic superficies globi secti per medium  
& ideo talis ibi color vinosus semicircularis resultat de-  
inde in medio arcu sequitur color medius quasi comixtus  
ex pluribus coloribus per modum quem determinauimus &  
post illud in inferiori parte arcus sequitur color viridis: com-  
mixtus autem color maioris latitudinis est aliquando extreme  
mi ita quod forte solus tenet medietatem latitudinis yridis  
& est albedo pallens in medio & sub ipsa citrinitas ver-  
sus yridem inferius & circa ordinis istorum colorum supra est a  
nobis assignata. Quauis autem talis ordinati sint colores  
& tale sit esse eorum ut diximus tamen secundum diuersitatem nubium  
in quibus refugient yrides aliquantulum etiam variat color  
quod in nube multum nigra color medius inter rubedinem &  
viriditatem videtur esse compositus ex viris coloribus declinans in  
medio ad albedinem: & ideo secundum aliquid participatiouis cum  
viro coloribus comparat ad vtriusque: quod supra purpurefcit & infe-  
rius virescit & in medio pallet: viriditas autem talis nubis  
est obscurior solito quasi declinans ad colorem portii pluci-  
dum. rubor autem videtur esse sanguineus obscure plucidus  
quando autem videtur yris in nube alba tunc eodem modo ordi-  
nantur colores ita quod rubor sequitur medium in loco & i cla-  
ritate & est sicut rubigo eris plucida & rubor est sicut te-  
nue vinum clarum perlucidum & medius valde pallens.

Capitulum. xxij. de dispoſitione yridis lune.

Reus vero demonis qui videtur ex luna non est in  
coloribus sicut yris qui fit ex sole: quod yris lu-  
ne videtur albus: cuius causam tangit Aristoteles dicens  
quod ideo videtur: quod videtur per noctem quod est tenebrosa: & lumen  
in nocte tenebrosa videtur valde candidum & album valde  
luminosum & vehementis albedinis. Est autem omni huius  
dubium de dicto Aristotele. quod cum diuersitas colorum in yride  
non constituat nisi ex diuersa luminis participatioue a nu-  
be aquosa & lumine lune sit in nocte & nubes qui percipit il-  
lud videtur yris lune diuersorum colorum esse debere quemad-  
modum yris solis. Adhuc autem id quod assignatum est pro causa  
non est causa essentialis. Sed potius maioris apparitionis al-  
bedinis: quod album iuxta nigrum positum magis apparet al-  
bum: & ita lumen apparet magis clarum iuxta obscurum. Sed  
tamen non ex hoc causatur suum esse. Adhuc autem nubes qui  
sublimis sunt suscipientes lumen lune accipiunt diuersos  
colores yridis sicut supra ostendimus: quod videtur etiam nu-  
bes opposita lune diuersos colores debere recipere.  
Testificatur tamen visus dicto philosopho quod absque dubio yris  
lune albus ad modum lactis in nubem sulis apparet.  
Dico ergo quod quod yris non apparet nisi de nocte frigus no-  
ctis inspissat nubem ita quod videtur valde nigra. que per hoc

quod spissa est non in profundum sui recipit radios lune: & etiam  
quod lumen lune debile est non penetrat versus in profundum  
nubis: & ideo etiam quod non est multi caloris non dissoluit  
partes nubis ut habeat introitum in interiora nubis &  
his de causis diffundit in exteriora superficie nubis & ef-  
ficat candidum & est non continuu bene sed habet subnigras li-  
neas semicirculariter imixtas qui tamen sunt sicut si sint  
alboze supducte per quem apparent: & ideo non efficit ibi nisi  
color albus: non enim constituit rubeus nisi ex imixtione  
lucis in profundum humidi fumosi nec viridis constituit  
nisi lumine transiente in profundum humidi aquei ut dixi-  
mus & taliter in profundum nubis non serpit lumen lu-  
ne per causas quas diximus. Cuius autem quod assignat philosophus  
absque dubio non essentialis est nisi intelligat obscurum no-  
ctis cum frigido condensante nube & prohibente ingredi lu-  
men lune per modum quem diximus. Est autem sciendum quod quo-  
tianscumque yris lune apparet quod signat tempestatem longam &  
auram instabilem quod raro apparet nisi cum magna materia humo-  
ris est ex vetero qui est inter australem & occidentalem & cum  
luna fuerit valde meridionalis sicut diximus superius.

Capitulum. xxij. quare yris est sicut semicirculus vel  
portio minor semicirculo.

Quod iam diximus yridem & qualitatem colorum  
eius causam vniuersis assignantes dicamus nunc  
quare non videtur plus medietate circuli & raro  
peruenit versus ad circuli medietatem sed frequenter est por-  
tio minor semicirculo. Dico autem quod causa illius est quod illud  
quod ex sole relucet in nube est radius pyramidalis me-  
die rotunditatis vel partitiouis minoris pyramidis egre-  
dientis de sole: & ideo cum yris sit speculum pyramidis so-  
lis vel lune videtur yris sicut semicirculus vel portio mi-  
nor semicirculo. Hec autem causa assignata a philosopho intelligit  
ex parte cause efficietis: quod cum lumen emittit a sole sit  
pyramidale pyramis hanc sole existere in medio celi di-  
recte stat super terras quando sol est in equinoctio vel vltra  
in signis aquilonaribus: & ideo in meridie nunquam appa-  
ret arcus demonis. Quando autem est ante meridionalis  
vel post circulus luminis pyramidalis egreditur in par-  
te vna & quanto sol plus recedit a puncto signi circuli  
meridionalis tanto arcus luminis pyramidis sue plus  
erigitur & cum est in oriente vel occidente ita quod si linea a so-  
le duceret secundum rectitudinem tangeret punctum & centrum ter-  
re & punctum occidentis: tunc pyramidis medietas eri-  
gitur super terram: & ideo tunc yris apparet semicircularis:  
nec nunquam semicircularis potest excedere quantitatem per eadem  
causam: cum enim pyramidis diameter tunc sit axis transiens  
a sole per orientem & occidentem erit residuum circuli basis py-  
ramidis sub terra: cum autem sol plus eleuat circulus pyra-  
midis plus ad terram deprimitur: quod conus pyramidis est  
in sole: & quod conus pyramidis erigitur tunc circulus basis  
pyramidis deprimitur & conuerso: quando conus deprimi-  
tur circulus basis eleuat: cum ergo nihil figuret in spe-  
culo nisi quod opponit ei & preedit per actum lucis ad ipsum non  
potest in rotatione depingi circulus pyramidis nisi quem  
ex opposito eius erigitur & imitando per aerem preedit ad  
nubis rotationem: nunquam autem erigitur contra nubem nisi quod  
do sol a meridionali recedit linea qui nunquam potest fieri yris  
nisi ante meridiem vel post & quanto plus est ante vel post erit  
yris maior & quanto minus est ante vel post erit yris minor  
& similis est de linea existente in linea meridionalis vel an-  
te vel post ad yridem lune constituendum. Si autem querit  
quare non constituit yrides circuli perfecti in radiando  
superius nubis in nube etiam que est sub sole leue est sol-  
uere per antedicta quoniam nubes non habet rotationem  
semipallem in sublimitate eius: sed in inferiori parte eo-  
rum graue

¶ grave refidet deorsum: et ideo supra nubem non potest esse yris sed sub ipsa: et quod sub ipsa non est deprimitur ibi lumē solis nisi quādo pcedit ad ipsam: nunquā autē pcedit ad ipsam nisi quādo erigit pyramis luminis solaris sole declinatē a meridionali lineā vel antecede te ad ipsam ut diximus: est enīz hec nā figuraz et for/ maz quas abstrahit lux quōd nunquā iprimis visui vel speculo nisi lux abstrahēs ea pcedat ad visum vel specu/ luz sicut in libro de sensu et sensato h3 pbari: et iō quādo sol opponit rozationi q̄ est sub nube fit yris: et non alijs tēporib⁹: et hoc ē ante lineā meridionalē vel post ipsam coniugantur q̄ hec cā rotūditatis et quantitatis yridis cū supradicta et tūc sciet pfecte qz supra assignata est cā mālis ex figura rozationis et hic assignata est cā efficiens ex figura et mō erectionis et depressionis luminis pyramidalis solis.

Caplm. xxiij. vbi fm sitū emisperij apparet yris.

Unquā autē apparet yris i pte meridiali i emi/ n sperio: et hoc est iō qz sol nō declinat ad aq̄lonem nisi p xxiij. gradus fere et talis declina/ tio coni pyramidalis nō eleuat circulū basis pyrami/ dis versus meridiē: et iō fm antedicta nunquā apparet arcus nisi in plaga meridionali. In hyeme autē currit sol in signis meridionalib⁹ et declinat ad meridiē a li/ nea equinoctiali p xxiij. gradus fere cui si addat lati/ tudo climatis septimi cui⁹ latitudo est a circulo eq̄no/ ctiali xlvij. gradus erit declinatio tota et pfecta. lxxvij. gradus fere in quarta declinatione necesse est eleuari arcū circuli pyramidis solis versus aquilonē: et iō si sint ibi nubes rozātes ex opposito solis necdū resples debet yris ibi versus aquilonē. Si enīz sol esset in po/ lo meridionali et totus circulus pyramidis solis vide retur in. ccc. gradus siue partes tūc eleuant de par/ tib⁹ pyramidis. cxxx. partes versus poliū aq̄lonarē: q̄ qz deficit sol a pfecto descensu in poliū austrālē quādo est in pūcto capitis capricorni. xvij. partes q̄ sūt. v. ps nonaginta partiū quas tenet quarta pars circuli coluri q̄ p̄tendit ab aquilonari circulo in poliū austrālē eleua buntur necessario q̄tuor partes de quinqz partib⁹ semi circuli pyramidalis versus nubes aq̄lonares et he qua tuor partes sunt. lxxij. partes et in tali declinatioe fit re flexio speculi et yridis. Sicut autē diximus de climate octauo vel septimo ita p̄portionaliter existit in alijs climatis ita qz semp tāto est eleuatio minor quāto cly/ matis latitudo fuerit maior tamē puto qz illis q̄ sunt in climate primo et scōdo vix vnquā apparet yris in aq̄lone nunquā autē alicui habitati quarta aquilonarē terre pōt apparere arcus in meridiē. qm̄ ista p̄batio vim h3 de monstratiois geometricē quā hic dixim⁹: et hec est cā quōd Aristo. dixit qz in yride nālis debet scire qz et geo/ meter debet dicere pp quid. Scias autē qz cū sol est in meridiē tūc possunt apparere duo arcus simul: vnus. s. directe in aquilone q̄ apparebit in meridiē et alter ver/ sus punctū occidētis ex obliquo solis pp curuitatē ori zontis ad solē cū sol orit vel in meridiē qz in meridiē nō multū distat a locozib⁹ orit in oriente sed ad occidē tem multū regnat et hoc est quōd dicit Aristo. qz duo yri des possunt apparere simul et nō plures: hoc autē p̄bat sicut ante p exaltationē pyramidis luminis solis: cū. n. illa sit obliqua aliquantulū duas h3 reflexiones. s. dire ctam ad aquilonē vbi apparet yris magnus: et obliquā ad occidentē vbi apparet paruus sed nō ad orientē: et hec fuit sentētia magnoz quozūdas vīroz l3 p̄babile sit tres yrides fm hoc posse apparere duos oblique ad orientē et occidentē et vnū ad aquilonē et quidā alijs

dixerūt qz sermo Aristo. nō intelligit sic qz simul duo yrides appareant in eadē hora sed in vno die in diuer sis sitib⁹ emisperij vnus in aquilone sicut iā dictū est: et alius in oriente quādo sol est eadē die in occidentē. In mane autē posset apparere bene fm modū reflexio nis ad occidētē. Sed in hieme in mane sunt nubes de se. et iō vix serenat sol ad hoc ut faciat reflexiones in occidentē quōd si faceret illuc reflexionē nubes sunt oen se pp frigus. noctis et nō recipiūt lumē intrinsecus: sui sicut faciūt in sero quādo tota die egit in cas calor diur nus. Sunt autē alijs q̄ intelligūt sermonē Aristo. de ea/ dez nube dicētes qz duo arcus vident in eadē nube et raro plures: qz nō pōt i eadē mā multa fieri diuisio sub tilium et grossaz partiū rozantiū: s3 calor fortior et mi nus fortis facit in diuersis distantib⁹ partibus duas di uisiones et raro plures. Possunt tamē apparere arcus tres vel plures ex cā q̄ supra est determinata: ecce hoc est quōd dicit diuersi et infra dicemus adhuc aliā sniam eiusdē et eligat quilibet quōd voluerit. Arcus autē yridis videt esse in occidēte et oriente pp causas quas dixim⁹ et videt in medijs locis maior et minor fm p̄portione eleuationis pyramidis luminis solis vel lune. Hec autē oīa probant geometricē modo supradicto: et iō aliter exponentibus locū istū non est credendū.

Caplm. xxv. de tempore in quo apparet yris.

¶ Idetur autē arcus demonis post equinoctiuz autūnale ad aquilonē aliquādo ut dixim⁹ eo qz tunc sol declinat ad meridiē. In tēpore autē seruois in estate quādo dies plongat sup noctē nō vt detur in meridiē: et cā huius est qz sol tūc non accedit ad zenith capitū nostrorū: et cū basis pyramidis lumi/ nis solaris nō eleuat versus meridiē: et iō nō sit ibi yris cū autē obliquat ad meridiē in hieme tūc eleuat basis pyramidis versus aquilonē et accedūt nubes eleuātes in aquilone q̄ sunt inter solē et partē septentrionalē: et iō sit ibi arcus. quando autē sol mediat orbem siue mediat sp̄m fm modū declinationis solis: et h fit quādo est in lineā eq̄noctiali in capite arietis vel libze siue mediet eū fm motū p̄zimi mobilis q̄ est mot⁹ diurnus: et h fit omni die quādo tāgit lineā circuli meridionalis tamē nō pōt fieri iris in aliqua parte mūdi quādo tūc basis pyramidis luminis solaris in circulo fiat sup terras: et ideo nō resp̄lēt i vna parte plus q̄ in alia: et iō nusq̄ pōt fieri arcus sicut p3 ex antedictis. o3 enīz eleuari py ramidis basim in aliqua parte cōtra nubē et aliā partē eiusdē basis iacere sup terrā si yris debeat fieri: vtrum autē yris fiat in estate in meridiē l3 nō nobis fiat dubiū est valde: qz tāta est declinatio solis ad aquilonē quan ta ad meridiē et iō climata distinguibilia sunt in quarta meridiana sicut in quarta aq̄lonari et si tūc latitudo me ridiana addat declinationi solis: qz quādo est in capi/ te cancri necessario yris fiet in meridiē p demonstratio nem p̄spectiuaz: et hoc ego credo vix esse: sed nos nō videmus iō qz nubes in meridiē vltra equinoctialē nū q̄ eleuatas videmus qz etiā cū yris apparet habitātes vltra tria miliaria raro vidēt cū: posset tamē dici si cre dimus mathematicis quōd quarta meridiana non h3 nu bes eo quōd breuitas diametri solis conuertit ad partē meridiana q̄ facit eā inhabitabile pp calozē sicut expe ditū est in libris p̄cedentibus. Sed tūc nō ipeditet ibi generatio yridis p se sed p accidens. s. qz aque nō sunt ibi nubes: et iō primū verius est: et hoc est quōd intendit p̄b̄s sicut dicunt philosophi. In vespera autem et me/ ridie omni tempore anni potest apparere yris in nube opposita sicut diximus sepius. Est autē obseruanduz



quoniam nunquam fit in nube ascendente yris etiam si ex opposito eleuetur contra solem. Sed semper in nube ascendente yride: quia nubes ascendens non rorat: sed descendens ut dictum est: fit etiam yris quando est in parte serenae et in parte nubilum: quia ex parte solis vel lune oportet esse serenum: quia aliter non exiret lumen a sole per emisperium et ex parte yridis est nubilum: quia aliter yris non haberet subiectum suae generationis: oportet etiam locum nubis esse a vento quietum: aliter non essent plane partes perspicuae sed per ventum una inundaret super aliam et non posset esse ymago solis in rotatione inquieta. Scias etiam quod licet rotatio sit subiectum yridis non tamen ros est subiectum: quia in ipso nunc quod depingit yris eo quod materia eius nimis sit subtilis: et ideo non descendit nec adeo constant partes eius quae glorum vel semiglobum efficiant: quia cadit sparsim et parum in loco vno.

Capitulum xxvij. et est digressio declarans sententiam Auicenne et algazelis et Nicholai peripathectici de yride.

h In que predicta sunt fere per omnia concordant Auicenna et algazel et nicholaus peripatheticus in dictis eorum. Algazel enim in philosophica sua ponens per omnia sensus Auicenne de yride sic tradit si aer fuerit humidus factus per pluuiam et humiditas habuerit aliquantulum nitoris fiet aer sicut speculum quem qui intruebit cum sol fuerit ei post dorsum videbit solem in illo aere sicut videt solem in speculo. Sed si coniungit illa lux cum vapore humido generatur ex eo yris tricolor in quo aliquando non erit color medius et tunc erit circularis ita ut elongatio partium eius a sole sit una. speculum enim non facit videtur formam nisi cum fuerit proprius situs vel comparatio inter videntem et visum de quo tractat in scientia de aspectibus. Circulus autem ideo non perficitur: quoniam si perficeretur una pars eius caderet super terram eo quod sol est post dorsum videntis sicut axis versus illum circulum et est parum eleuatus a terra unde si fuerit ante meridiem videbitur yris in occidente. Si autem post meridiem videbitur in oriente. Si autem in medio celo fuerit sol tunc non potest videri nisi paruus arcus et in hieme si contingat et circulus circūdans lunam fiet etiam propter huiusmodi causam aer enim medius inter visum et lunam nitidus et humidus est unde videtur luna in medio eius in quo medio si esset speculum videtur luna vel id quod videtur in speculo ab eodem loco. Si autem essent specula in circuitu visus et essent posita secundum illum situm videret res in vnoquoque illorum speculorum. Si autem supposita essent soli speculo tunc videretur res in toto: tunc ergo videret circulus sine dubio. Medium autem yridis frequenter in tenebrosi videntur eo quod vapor medius subtilis est: quia cum appropinquat lucido desinit et fit talis qui non videtur: cum vero elongatur ab eo fit visibilis neque est sicut puluis qui videtur in radio solis non in umbra: sed est sicut stelle quae occultantur in die et apparent in nocte et videtur medium circuiti propter hoc tanquam sit vacuum a nube. hic autem circulus aliquando contingit a frigiditate aeris quantum non sit ibi pluuiam eo quod non contingit propter frigiditatem in aere: aliquando humiditatem in quibus est puluis nec fumus que prohibeant nitorum illius aeris. Ecce sententia Auicenne per verba algazelis sui abbatis uisatoris posita que cum superiorum modo concordant. dicit enim generari yridem in humido rotationis vel aeris frigidi eo quod frigus inspissat aerem et facit conflue

re humidum aeris per medium humidum aque. dicit enim iterum esse speculum solis vel lune et notabile est quod dicitur quod generatur in tali situ contra solem quod si perficeretur circulus et duceret linea a solis puncto per centrum circuiti yridis quod illa linea esset axis circuiti et si sibi supponeretur speculum in illo sol resuleret in circuitu. Quod autem resultat imago splendoris eius et sibi supponerent specula magna bene terminata et in altera parte extincta in quolibet illorum videretur res tota hoc est sol et egressus pyramidis splendoris eius: Addit autem quod ante non est habitum intermedia capedo yridis frequenter videtur vacua quam peruia et alba pallefcens propter subtilitatem vaporis in parte illa cuius causa non est alia nisi quod per calidum aeris iuxta terram existentis frigidum circulare expellit et ideo circa illud circularis vaporis operatur spissitudinem in qua resultat yris cum sol fuerit ei oppositus. Sententia autem Nicholai peripathetici de yride est quod vapor eleuatus de terra sit perspicuus eo quod eleuat de terra sperica et sursum frigore coagulatur cuius cum sol opponitur yris in eo generatur: nihil enim aliud ut inquit facit yridem apparere nisi nubem concavam et arcualem sursum apparere per reflexionem solis oppositi in circuitu illuminatam: unde yris verissime dicitur speculum solis. Diversitas autem coloris est ex diversitate partium nubis quoniam ubi sunt grosse partes terre stipes combuste cum humido imixto color rubeus resultat sicut colorat flamma in lignis grossis et viridibus. ubi autem est humidum aquosum multum apparet virore et ubi est materia tenuis et aquea apparet albus sicut est videre in luna que ideo non radiosa apparet quia tenuis est sibi. Dicit etiam quod dicitur yris arcus demonis eo quod non nisi a demone hoc est a sciente et perito scilicet quod demone grece latine interpretatur sciens. Duos autem yrides dicit fieri et non plures: quia a duobus luminaribus sunt scilicet sole et luna: sole enim existente in occidente potest esse arcus in oriente ubi frequentissime videtur et si tunc luna fuerit multum australis in puncto capricorni vel circa hoc prope ante vel post existens potest fieri yris in aquilone. Dicit etiam yridem in nocte non apparere eo quod lumen lune sit debile et non eleuat vaporem subtilem: sed potius excitat grossum qui circa terram manet et infrigidat corpora propter quem effectus etiam luna frigida esse pronunciat et in illo vapore arcus non figuratur. Dicit etiam quod arcus lune vehemens significat incendium ex spiritu adurente. Addit etiam illum qui pliam matrem que vna pellicularum est cerebrivienens ad tunicas oculorum insicit esse hunc humorem colericum et hunc humorum peruenit ad vnam oculi: et deinde ad humorem crystallinum et insicit humor ille humorem crystallinum periferiam: et ideo ea que vident videntur in eis quod sint quasi circum circa se habentia circuitum et similiter contingit in habentibus molles oculos respicientibus ad lunam eo quod lumen lune diffundit se in humore oculi mollis et indidat ideo ibi esse circulus circa visibilem nullus existit. Ecce hec sententia est que dicit Nicholai peripathetici quas ego nequaquam approbo: quia ratione caret in multis: quia enim sit in nube concava circulus in concavitate ipsa generatus superiores rationes ostenderunt impossibile esse. Si autem est sub nube concava ut diximus supra nihil ad arcuositatem yridis operatur concavitas. Quod autem de coloribus dicit stare potest tolerabiliter: et tamen non satis dicit. quod vero dicit id dicitur arcus demonis quod non nisi a sciente et perito scilicet non habere veritatem ostendunt in principio de yride dicta. Illud autem quod dicit quod duos yrides dicant antiqui ideo quia a duobus

a duobus fiant scilicet sole & luna nullam prozsus habet veritatem: qz yris lune nunq̄ videtur per dies & q̄ ipse dicit yridem lune nunq̄ apparere per noctem falsum est per experimentū & Aristo. & oēs peripatetici ei contra dicunt. Similiter absurdū est q̄ iris lune sit signū siccitatis & caumatls & cōtra oēs auctores q̄ tradūt significare iridē lune instabilitatem aure & tēpestatē longas pp̄ causas quas supra diximus: nullo enim modo credendū est q̄ iris lune generet in humido subtili fumoso sicco: sed poti⁹ in grosso spisso aqueo: propter hoc cniz sēda dicta inveniunt in libro illo q̄ dicit questionēs nicholai perypatetici consuevi dicere q̄ nicholay non fecit librum illum: Sed Michael scotus qui in rei veritate nesciuit naturas: nec bene intellexit libros Aristote. Nec ergo ad presens de yride dicta sunt.

Caplm. xxvij. de perpendicularib⁹ lineis circa solem apparentibus.

Apparent autem circa solem aliquando linee que vulgo funes tentozij solis dicunt: & vocantur perpendiculares eo q̄ supra terraz vidētur quasi angulos rectos facere licet cōiungant versus corpus solis: & dicunt ab alijs philosophis virge & sunt iste virge frequentes in occidentē & post hoc frequentius in orientē & sunt signa pluvie future in proximo & sunt diversozū colorū aliquando sicut iris: sed colores sunt obscuri quasi per tenuem pannū vixi frequentius tamen habent duos colores scilicet nigrū ita q̄ fuscus dicit niger & albū quem in nubib⁹ pallidum vel lividū vocamus. Sūt autem a duob⁹ laterib⁹ solis hoc modo q̄ cū sol sit versus occidentem disponūtur linee iste a meridie in aquilonem & ideo latus meridionale solis & similiter lat⁹ aquilonare habet lineas istas. eodem autem modo est cū sol est in orientē: & iō non sunt super soles versus altitudinem linee meridionales: siue sol sit ad orientem siue ad occidentem neqz sunt sub eo directe descendentes ad terram: neqz sunt etiam sub eo quasi tracte a corpore solis versus occidentem quando post meridiem est sol versus occidentem: aut versus orientem quando sol ante meridiem est versus orientem. Sed sicut dictū est sunt a duob⁹ laterib⁹ solis disposite fm̄ latitudinem nubis versus meridiem & versus aquilonem descendētes a sublimi ad terram: nunq̄ autem vident nisi cū sole & frequentius in occidentē. rarius autē in orientē: quando autē sol mediat orbem tangendo lineam meridiei fm̄ motum suū diurnū tūc aliquando licet raro vident. virge iste ad duo latera solis disponi per longitudinem descendendo hoc est versus orientem & versus occidentem & ex vtraqz parte dilatāt nubes ab aq̄lone in meridiez de expertis etiā est q̄ semel in loco qui nominat⁹ Per senius visa est perpendicularis ignea orta ex sole ex vtroqz latere ipsi in medio orbis & permansit cū eo vsqz ad occasus. causa autē istozū facillima est ex p̄habitis qz nubes calore solis trahit versus solem p̄cipue nubes rara q̄ calore diurno sol eleuauit & iō quādo diu sol egit in vespera tūc multiplicant nubes quādo sol non est adurens scilicet vapores: qz autē sol tūc declinat minuit calor ei⁹ & ideo tūc spissant nubes circa ipm̄ & resoluunt & ex diuersa participatione radiorum ei⁹ generant omnes colores de quib⁹ supra est expeditū p̄cipue tamen alb⁹ & niger. niger q̄dem propter frigus comprimens: & alb⁹ propter subtile aqueū illuminatū & qz calor leue nubis ad se trahit ideo exaltatur nubes in vna parte a terra & ex solutione q̄ iam

fit in nube in aquam deprimitur in altera parte sup̄ cuius latus vnū diffundunt radij & ideo linee descendūt in nube sicut extensi funes in tentozio: cū autem fiat auster & est humidus aer valde & spissus vndiqz tūc possibile erit hoc accidere per totam diem & tūc in meridie vident extendi funes isti ex vtraqz parte solis ante videlicet & post ipm̄. cū autē ad vnam partem extendant tm̄ signū est q̄ ventus erit ad partem illam. ignis autē qui apparuit fuit in loco estus aeris & fuit de materia calida glutinosa: & ideo non cito consumptus fuit quem sol calore suo secū circūduxit vsqz ad occasum & sic p̄z causa omnū que dicenda sunt de perpendicularib⁹ larib⁹ figura enim descendit ab iride eo q̄ sunt iuxta solem radijs quasi distractis per descensum nubis. & c.

Caplm. xxviii. & est digressio declarās de virgib⁹ fm̄ Senecam & de experimentis quozūdam arcuū visozū temporib⁹ modernoz.

His autē virgib⁹ & differentia eaz ab iride & coronis satis convenientem & breuē Seneca facit traditionez sic dicens. Nūc de virgib⁹ dicendū est quas non minus pictas varias & eque plularum signa solem accipere in quib⁹ non multū operis consumendū est: qz virge nihil aliud q̄ imperfecti arcus sunt. nam facies q̄dem illis est picta sed nihil curuitatis habent: in rectū enim iacent. sūt autē iuxta solem fere in nube humida & iam se spargente: itaqz idē est in illis qui in arcu color tm̄ figura mutat: qz nubiz quoqz in quib⁹ extendunt illa alia figura est. Similis autem varietas aliquādo in coronis est: sed in hoc differūt qz corone vbiqz sūt vbiqz fidus est. Arcus vero non nisi contra solem virge non nisi in vicinia solis. Possumus autem etiam hoc modo differentiaz eoz reddere: qz coronam varias si diuiseris arcus erit si dixeris virga. In omnib⁹ autē est color multiplex ex ceruleo fulgore varius. Adhuc est differentia q̄ soli ad iacent virge. arcus autem omnes sunt vel solares vel lunares: corone vero omnū siderum. his autē adijcēda sunt. ex parte enī visus fuit arcus in meridie in martio quādo sol accesserat ad caput arietis in equinoctio vernali & arcus ille varius fuit vt iris & erat paruus & cornua conuersa habuit ad orientem & ventres ad occidentem & iacebat quasi sup̄ latitudines nubis: & hūc arcū ego cū multis vidi: visus etiam arcus q̄ erat totus circulus completus & latuit totus sup̄ terraz ita q̄ nihil illius eleuabat a terra & contemplantes ipsuz stabant in loco alto in castro super altū montem edificato & tempus visionis ei⁹ erat in mane post noctem pluuiosam & erat in autūno sole existente in virgine. Causa autē p̄zimi fuit q̄ sol secū traxit nubem lōgā valde & strictā & vehemēter aquosaz cui⁹ ps lōgā ad occidentē prolongabat & ibi resoluta deprimi incipiebat. ps at illa q̄ erat sub sole tres soles hēre videbat qd̄ accidit ex h⁹ q̄ radij sol sup̄ nubes in medio venientes rep̄cutiebant ad duo extrema nubis vsus aq̄lonē & meridiē & ibi lumen multiplicatum calore suo distractit nubez & foramina q̄dam nubis videbant esse soles quidaz & in medio cōtra solē erat foramē simile. Inferior autē superficialis nubis spissior erat q̄ superior & lumē descendens super inferiorē sup̄ficiem reflectebat ad extremū nubis versus occidentē: & qz ibi erat nubes itaz rozans ibi lumen reflexum fecit iridē in figura rozationis illius & qz lumē illud venit a sole ex trāuerso sup̄ inferiorē sup̄ficiem nubis iō corona arcus querebat p̄ra solē & veniebat ad occidentē nec ille arcus fuit speculū sol in media / re: sed potius speculum luminis quod erat diffusum

## Liber Tertius

in extremitate nubis quod erat soli simile. Causa autem secundi arcus fuit quod vapor humidus roidus per frigus noctis cum pluvia depressus fuit in valle et in terra quem in superficie illustravit lumen solis qui tunc ascenderat fere ad duas partes anguli recti scilicet quod circulus emisperij in centro superiori continet duos angulos rectos ex duobus diametris super centrum emisperij se secantibus quare una protendit ab oriente in occidentem per centrum emisperij et altera ab aquilone in meridiem per idem emisperij centrum. radius autem tinctus erat in extremitate vaporis roidus: ideo colores iridis recipit: et erant ibi colores lucidi et clari valde propter subtilitatem vaporis et circulares ideo quia vapor circulariter iacebat circa montem et sol fuit altus sicut est in tertia vel in quarta hora diei et illustrabat vaporem vndique in circuitu etc.

Capitulum xxix. et est digressio declarans soles quod grece perhelion vocantur.

Perhelion autem qui sunt imagines solis dicte a. pera quod est iuxta et helios quod est sol eo quod semper iuxta solem sunt non longe a sole apparentes. Dicit Seneca quod sunt de virgax genere cum radij per angusta foramina nubium tenues et distincti distantesque inter se dirigunt et sunt imbricis signa de quibus dicit Aracus quod raro ultra duos vel tres ad plus simul apparuerunt. Dicit etiam quod sunt imagines solis in nube spissa et vicina soli in modum speculi que sic diffinit Aracus: Nelyon est nubes rotunda et splendida solis exprimens effigiem et solem sequens. Similes autem his perhelion habet etiam luna de nocte aliquando nisi quod non ita fulgent. Est autem sciendum quod dupliciter fiunt aliquando est enim nubes interrupta et radij solis per illud foramen transcutit et tunc illuminant terram contra foramen illud sitam: et hec perhelion reducant ad virgas quoniam radij tunc ad modum virgax transeunt per foramina nubium sicut transit radius per fenestram in domum et iste signant materiam nubium non esse adunatam et ideo non cito pluit post istas. fiunt autem aliquando eo quod substantia nubis in parte una vel in duabus vel in tribus humidum habet subtile cuius partes bene confluit et istud est radiosum et confluens in rotundum sicut confluit omne aquosum et in illo diffundunt radij solis et restringuntur et faciunt tante claritatis lumen ut splendore vel suis ipsum intueri non possit et istud dicit similitudo solis sue perhelion proprie: et fuit Possidonij sententia quod non nisi vnum illorum sit perhelion: et alia sunt imagines non solis sed perhelion. Et dedit exemplum de hoc quod homo qui ponit ante se plura specula vnum solum informatur imagine faciei: et alia sunt specula speculorum hoc est imaginum apparentium in speculis illis: quod vnum immutat ab alio et licet hoc esse possit quod dicit Possidonius tamen nihil prohibet plura etiam ab ipso sole informari si fuerint plures partes talis humidum radiosum in nube iuxta ipsum ultra tria: tamen raro multiplicantur perhelion: quod in nube manente una cum tenuitate nubis non potest esse multa diversitas ultra tres: quod ex aere depresso aquoso potest esse una perhelion et ex aquoso subtili alia est: et quod ille cause frequentes sunt: ideo frequenter due apparent perhelion: tertia autem causa est aquosum subtile nihil habens secum de fumoso combusto nec adhuc resolutum in aquam et hoc raro est et parum permanet: et ideo aliquando apparent tres et raro ultra numerum illum circa solem aut apparent quod si essent ex opposito faceret sol in eis iridem. nunc autem trahunt ad solem per calorem solis: et ideo sunt in eis perhelion que non sunt

imagines basia pyramidalis luminis egredientis a sole: sed specula potius sunt ipsius globi solaris eo quod recte quasi soli supponunt. De his autem dicit Aracus quod significant imbres magnos ab ea parte venturos vbi stant circa solem: et si vtriusque steterit grauis surget tempestas eo quod tunc ex pluribus partibus manentium nubium et ventorum aggregatur.

Incipit tractatus quintus tertij libri methedorum qui est de mineralibus in communi: et non habet nisi capitulum vnum.

Am enim diximus operationes vaporis ascendentes ex terra et inclusi in terra qui in specie vaporis permanent operantur in ea terremotum vel origines fontium et talia qualia determinata sunt. Est autem quod

duos vaporis faciens elementorum commixtionem sub terra ad constitutionem corporis mineralis de qua operatione prout nunc dicendum est in communi quoniam in speciali sciri non potest nisi prius sciantur operationes partium qualitatibus quas habent in corporibus mixtis: vaporabiliter enim aliquando miscentur talia eo quod subtile terre motu vaporis eleuat in subtile aqueum et reconuertitur: et commiscetur commixtione bona et forti ita quod aliquando plus abundat terrenum in commixto: et aliquando plus abundat aqueum in ipso: non enim ita quod ex vapore fiant commixta corpora solo sed potius quod vaporis vaporis terre conclusus diffinit in humidum aque subtile et in sicco terre subtile et facit quod plurimum vnius efficit cum plurimo alterius et secundum abundantiam terrestritatis et aqueitatis plurima diuersa corpora constituit et hoc modo de vapore qui occultatur in partibus terre et dilatari non poterit sunt duo corpora diuersa secundum diuersitatem vaporis commiscentis et terminantis ea. Sicut enim diuersa corpora sunt in aere ex vaporibus eleuatis diuersis in natura sic etiam effectus istorum vaporum in commixtis corporibus sub terra est diuersus. vapor enim sicut sepius diximus est duorum generum quorum vnum est ex natura terrestritatis igne evaporatis et hoc dicitur fumus: et alter est ex natura humidum aquei exalantis et hec dicitur exalatio latine: et arabice alnaogij. cum ergo vapor iste duplex occultatur in terra duo corpora que fiunt ex eo sunt diuersorum generum vel specierum secundum naturam materie: quorum generum vnum sit per ponticitates que est terrestris vaporis coagulantis lutum bene commixtum humido glutinoso sicut lapides qui non soluntur solutione liquefactionis quod per calidum et sicco coagulantur et veluti arsenicum et almagar et huiusmodi: licet enim hec multam habeant inter se diuersitatem: tamen in communi duarum sunt specierum secundum suam materiam considerata. Materia enim quando est terrestritatis adusto calido et pontico in terrestris fumo et hec ma vocat cinis conclusus qui tamen cinis habet humidum continuans ipsum terram: et ideo calido fumoso terrestris decoquitur in lapides. Materia etiam aliquando composita est ex fumo terrestris adurente et coquente et vapore aqueo qui terrestris subtiliter subibi habet admixtum et ex illa materia fit lapis in parte solubilis in parte non solubilis et est lapis in se habes metallum aliquod quod arabice almarcassica: et grece dicitur chaitith eos: ille enim lapis qui est solutus calore in ea vertit eo quod in se habet venas minerales admixtas. Talia enim omnia tam ex vapore quam ex fumo recipiunt generationem nec debet intelligi quod ex simpliciter fumo vel vapore aqueo hec generentur: sed potius fumus et vapor habentes virtutes celi sunt commiscentes terrenum subtile cum aqueo et ita generant aliquando. tamē vincit

tamen vincit plus vapor aliqui plus terrestre: et aliqui plus aquei et secundum hoc recipiunt diversitates sive formales et colores et virtutum de quibus aliter ibi erit dicendum. Corpus autem quod fit ex vaporatōe aquea quod est euaporatio humiditatis dividitur in duas species: quoddam enim est quod habet humidum vivum licet sit repressum sicco ita quod vincit in eo humidum et hoc liquefit calido sicco assatiuo quod extrahit humidum intrinsecus ad exteriora sicut es et aurum et argentum et que sunt filia illis. Quoddam item est in quo retinetur humor intrinsecus ab actu humiditatis quod est fluere siue manere: sed non retinet ab actu diffusio nis per siccitatem terrestrem sibi commixtum et hec calido assatiuo mollescit: sed non fluit et dilatatur et extenditur malleis sicut ferrum calefactum tamen aliquid coniunctum ferro quod solueret humidum a terreo quod retinet ipsum faceret fluere ferrum sicut nos in scia lapidum et mineralium vidimus. Cuius autem est oium istorum est: quod quoniam in terra vis ignis in terrestri fumo et vis lapideitatis et frigiditatis coartant exalare non possunt tunc confortatur actio eorum et tunc exsiccant ea et arefactum ita quod quedam desiccant calido assatiuo: quod quidam frigidum congelatiuo sicut generatur glacies et ros congelato et exsiccato in aere quod dicitur pruina: sicut enim illa sunt super terram sicut ista sub terra. Metalla enim non sunt nisi sicut aqua quod congelatur ve hemeria frigiditatis et siccitatis et si arefiat in eis humidum multa arefactione tunc non fiet sicut aqua quod nunquam postea liquebunt sicut lapides quidam preciosi. Elementum autem ex quo sunt res iste siue illud sit aqua siue sit terravaporibus supductis comparata in potentia habet oia ista: et ideo agere naturali calido vel frigido cum virtutibus stellarum oia educunt de ipso. Processus autem ex materia ad generationem istorum est quod vapor commixtus humido aquo quod in se subtile terreum habet resoluunt et ingrossat in ipso et de substantia spirituali sit corpus grossum et sit quasi aqua sicut argentum vivum. In illo enim humidum aqueum est vivum et nitit ascendere super terram et effluere de ipso et retinet ipsum subtile terrenum sibi admixtum et ex illo conatu et retractione provenit suus motus qui est quasi circularis: postea autem errare faciente calido assatiuo aut congelate facto repressivo coagulatur humidum et aliquando exsiccatur et aliqui sit humidum aridum: et sicut vapor humidus qui conuersus est ad ipsum et secundum has operationes fiunt res iste ex ipso et sunt res iste terre aliquando: quod enim natura terre substantie et vaporis fumosi sit in ipsis scitur ex hoc quod quando igniunt multum igne adurentem: non tamen assante ea tunc remanet scoria terrestris et resoluitur ab eis vapor siccus valde qui est fumus ex terrenis partibus euaporantibus constans: solum autem aurum non sic resoluitur propter puritatem sive sive et optimam commixtionem ipsius: horum autem omnium causa in scia mineralium est reddenda. Quia vero omnia hec in expressione vaporis subterranei diximus generari consideratione communi et vniuersali que consideratione non sufficit in naturalibus nunc oportet aliud ordinem libri principium in quo determinemus ista consideratione exquisiti secundum propriam vniuersalium generationem et hoc fieri non potest nisi sciant actiones primarum qualitatum in corporibus que sunt et intelliguntur cum mixtis corporibus: et ideo oportet nos dicere de impressionibus primarum qualitatum in taliter mixtis corporibus: et ideo oportet nos dicere de impressionibus primarum qualitatum in corporibus que sunt commixta.

Explicit liber tertius

Incipit liber quartus meteororum qui est de impressionibus primarum qualitatum per quas constituitur forma substantialis corporum.

Tractatus primus de operationibus primarum qualitatum.

Cap. I. que libri intentio et de hoc quod qualitatum primarum due sunt actiue: et due sunt passiue.

Quod in principio huius doctrine diximus quod de corpore mobili ad formam habet viam qua mouet simplex ad commixtionem cum alio simplici determinat in tribus libris meteororum quod precedunt istum quartum in quo determinat de modo commixtionis simplicium et post hunc librum sequitur consideratio de natura ipsorum mixtorum iam constitutorum in esse mixtionis. Cum igitur sic sit operatio primarum qualitatum de terminare impressiones quas habent in corporibus que miscentur: quod per illarum operationes et passiones miscentur quecumque miscentur: et est modus mixtionis eorum secundum modum operationis et passionis primarum qualitatum. Quoniam igitur iam determinatum est quod quatuor sunt cause elementorum que sunt quatuor prime qualitates que etiam sunt cause elementorum non secundum quod elementa differunt et constituunt suis formis substantialibus: sed potius secundum quod ipsa adinueniunt istarum qualitatum adinueniam vltimum coniugationum istarum qualitatum adinuenientem contingit esse quatuor elementa. Harum autem qualitatum primarum due sunt actiue que sunt calidum et frigidum: due vero passiue que sunt siccum et humidum. Quod autem hoc sit verum dupliciter probatur. scilicet per inductionem suorum operum siue effectuum: et per diffusionem ipsarum virtutum siue qualitatum actuarum et passiuarum. Si enim nos consideremus sex effectus principales qui sunt terminare et transmutare ea que sunt homogenia siue vni genera et heterogenia siue non vni genera et humectare et arefacere et indurare et mollicicare videbimus experimentaliter quod calor et frigiditas agunt in mixtis siue sint homogenia siue heterogenia. Calidum enim termina: res deducendo eas ad complementum digestionis et maturationis: quod dicit Aristoteles. et nos ostendemus infra quod digerendo calidum vincens omnia terminat et deducit ad complementum. Terminat etiam generando calidum naturale: quod ipsum est instrumentum virtutis formatiue in mixtis: et ideo aliquando dicitur distinctiuum calidum quod dat formam per quam ponit res in esse distincto et distinguitur ab alijs. Et quod res formata desiderat locum sibi conuenientem: ideo dandum locum dat per consequens sibi locum. Dixerunt autem quedam de hoc expositionem non convenientem huic scie. scilicet quod calidum sit distinctiuum quorundam simplicium ad locum: quod rarefaciendo aquam et terram eleuat et inducit in eis formam aeris et ignis et ita locat ea et distinguit ab inferioribus et terminat eo quod in termino ponat. scilicet supra iuxta circiferentiam celi et in concauo lune. Est enim hec expositio inconueniens habet: quod de talibus operationibus calidi in hoc libro non agitur: nec inuenitur Aristoteles tali modo terminationem attribueret calido in hac scia: sed potius primo modo: unde autem habeat calor naturalis in celo predicta terminare predicto modo infra patebit cum de generatione mixtorum loquemur. Secunda autem operatio calidi est transmutare id quod patitur et hec est plena cum de crudo facit maturum si vinum

cat mām z si non vincat tamē alterabit eā virtute sua  
 fm q̄ calidū est. Humectat etiam calidū aliquādo q̄/  
 dam coagulata per frigidū sicut metallica que sūt es  
 z plumbū z argentum z aurū z hmoi. Omnia autem  
 quozū humor constat per frigidum humectat humi-  
 ditatem in eis faciēdo discurrere ab interioribus ad  
 exteriora. Sed magis conuenit ei arefacere per hoc  
 q̄ facit humidū extractionem si vincat z sit excellens  
 z ideo etiā ibi indurat qz terrestria amisso humido z  
 extracto assant z indurant per calidum siccū quale ē  
 calidū ignis: quozū autē humor apprehensus est sicco  
 ita q̄ nō potest moueri a sūdo rei nisi cuz ipso mouea-  
 tur siccū terreū illa mollificat calidū: sicut est ferruz  
 z cornu. Hec vō sex operationes sunt etiā frigidū ag-  
 tis in corporibus mixtis. Terminat enim frigiduz co-  
 agulando z coadunando z impinguādo sicut nos in  
 seruis ostendemus quando species passiuarū quali-  
 tatum explicabimus. Permutat autē alterando z cali-  
 di effectum impediendo sicut patet in omnibus idi-  
 gestionis speciebus. Humectat autē humorem aqueum  
 inducendo z puerendo aerē hūozē ad aq̄z. Et are-  
 facit humorem comprimendo sicut est in terra vel lu-  
 to coagulato qd̄ ex ariditate decidit in puluerem z si-  
 cut est in cristallo vbi humor exaruit: z hoc modo p-  
 se arefacit. Per accidens autē arefacit circūstando ca-  
 lidū z expellens ipm in interiora rei vt ibi consumat  
 humidū naturale quo consumpto res relinquitur ari-  
 da. Sicut est videre in vere in floribus quos tangit  
 frigus pruine qz cadentes inueniuntur rubet: z tandē  
 puluerizantur in cineres eo q̄ calor naturalis in eis i-  
 cendit humidū cū ex pruina propulsus erat in profun-  
 do. Hoc modo etiam liquefacit z humefacit aliqua p-  
 calidi operationem quā confortat per accidens: s3 de  
 talibus operationibus eius infra erit dicendum in tra-  
 ctatu de speciebus passiuaz qualitatum. Jā patere po-  
 test qualiter mollificat z indurat: qz inducendo vel au-  
 gendo humidū rei mollificat: z comprimendo indu-  
 rat. Sed per eandem inductionem operū patet q̄ sic-  
 cum z humidū sunt qualitates passiuę: qz calidum z  
 frigidum non agunt ista nisi in humido z sicco: vnde  
 illa sunt que terminant z permutant z humescunt z  
 arefcūt z mollificant z indurant ab actione calidi z  
 fridū quando sunt in mixtis corporibus: quia aliter  
 non aret humor nec mollescit nisi in mixto corpore  
 diffusus nec aliter sustinet terminationem superio-  
 ri modo determinatam nisi per accidens valde. s. qz  
 materia elementū aliquando est sub vno istorū: aliqñ  
 sub alio. Ratione hui⁹ dicit Aristot. q̄ aliquādo pati-  
 unt hec ipsa fm se ipsa z aliquādo corpora eis cōia q̄  
 cōiter ex ambobus constāt sicut mixta de quib⁹ in hac  
 scientia intenditur. Amplius autē ex rationibus diffi-  
 nitionum istaz qualitatum perspicuum est q̄ calor z  
 frigus sunt principia actiua: z hūiditas z siccitas sūt  
 passiuę. Si enim nos determinare velimus naturas z  
 esse eozum fm q̄ principia sunt rez compositarū: tūc  
 dicemus q̄ calidum z frigidum sunt actiua: qz vtrūqz  
 eozū diffinitur per hoc q̄ est sic congregatiū qz con-  
 gregare est agere. Diximus autē in libro de generatio-  
 ne z corruptione: q̄ calidum est per se congregatiūz  
 homogenioz sibi z p̄ accidens disgregatiū ethero-  
 genioz. Frigidum autē per se congregatiū homoge-  
 nioz z etherogenioz sibi eo q̄ calidū quādo attra-  
 hit subtilia que sunt homogenia sibi sursum ad locuz  
 aeris z ignis z extrahit ea ex aqua z terra tunc neces-  
 se habet dissoluere grossa que sunt sibi etherogenia:

qz non euaporabunt ex ipsis subtilia nisi disgregētur  
 grosse partes eozum. Frigidū autē eo q̄ motum habz  
 ad centrū inspissat subtilia etherogenia sibi z grossa  
 que secum sunt eiusdem generis. Dicit tamen Alexā-  
 der q̄ diffinitio ista qua dicitur q̄ calidum est congre-  
 gatiū homogenioz: z frigidum etherogenioz sim-  
 pliciter z naturaliter intelligitur: z hoc probat exem-  
 plo: si massa vna componat ex auro z argento z plū-  
 bo z ferro z lapidibus: z in calidum agens progre-  
 tur: calidum dissoluet massam illam z faciet congre-  
 gari lapides cum lapidibus z aurum cū auro z vni-  
 qd̄qz alioz cum re sui generis. Si autē frigus agat  
 in ea omnia simul permiscet z coniunget: s3 prima ex  
 positio sermonis istius naturalior est z verior. Sicut  
 autē ex diffinitionibus caliduz z frigidum sunt actiua  
 ita liquidum qd̄ est humidum z aridum siue siccum  
 ex diffinitionibus ipsa sunt passiuę quia humidum est  
 bene terminabile alieno termino z male terminabi-  
 le proprio termino. Siccuz autē econtra bene termi-  
 nabile pprio z male alieno bene autē determinabile  
 esse vel non esse determinabile dicuntur in eo q̄ res  
 patitur aliquid ab actione calidi vel fridū: qz sicut su-  
 pra diximus a calido z fridū terminant tam humi-  
 dum q̄ siccum. De his autē diximus in libro secundo  
 de generatione z corruptione: ex dictis igitur patz q̄  
 primarū qualitatum due sunt actiue z due passiuę: his  
 autem habitis debemus assumere omnes operatiōes  
 istarum qualitatum quas efficiūt actiua in corpore mi-  
 xto z que sūt in sp̄ibus qualitatum passiuaz.

Cap. ij. z est digressio declarans tria. s. qualiter hic  
 agit de qualitatum primis: z qualiter due sunt passiuę  
 z due actiue: z quare caliditas est plus actiua q̄ fri-  
 giditas.

Intelligentiam autē eozum que hic dicun-  
 tur oportet attendere tria quozū primum est  
 qualiter ista de primis qualitatum hic dicun-  
 tur: cum etiam alibi sint determinata. s. in scōo de gene-  
 ratione z corruptione. Scōm autē est qualiter prima-  
 rum qualitatum due dicuntur z sunt actiue: z due dicū-  
 tur z sunt passiuę. Tertium autē est que inter actiua  
 magis sit actiua: z iter passiuas magis sit passiuę. Ad  
 primum autē horum sciendum q̄ in omnib⁹ naturali-  
 bus principaliter respicitur ad esse qd̄ habent in mā:  
 licet ergo in genere actiuoz z passiuoz determinatū  
 sit de istis in scōo de generatione z corruptione: tñ  
 qz esse eoz multuz variatur quādo sūt in simplici trās-  
 mutatione: z quando sūt in transmutatione mixti: id  
 oportet hic determinare de ipsis quoniam aliter se ha-  
 bent principia mixti: z aliter principia simplicitis: z hoc  
 qd̄ est aliquo modo actiū: in simplici nullo modo est  
 actiū in mixto in quem est cōmixtū vt infra patebit  
 z ideo hic nos oportuit facere specialem tractatuz z  
 breuem de istis. Jste autē qualitates dñr potentie z vir-  
 tutes eo modo quo quedam virtutum nātium est actio  
 que principū est transmutationis in aliud hoc ē q̄ ma-  
 teriam mouet in quoddam aliud q̄ est aliud: z poten-  
 tia passiuę est principium transmutationis ex alio fm  
 q̄ est aliud qd̄ transmutatur ex passiuo. Actiue autē  
 sūt due propter hoc q̄ virtutes sine cōmixtione mate-  
 rie z ad longinquū agūt. s. calidū z frigidū z qz agūt  
 mouendo ad centrū vel a centro sicut diximus in scien-  
 tia de generatione z corruptione: z qz in cōpositis z  
 cōmixtis omnis actio naturalis siue sit ex parte for-  
 me siue ex parte materie sit per virtutē calidi z p̄ vir-  
 tutem fridū: gnatio enim z digestio p̄ calidū fit: z co-  
 agulatio

agulatio ⁊ coadunatio partiu ⁊ impingatio que sūt ex parte materie sūt per frigidū: licet enim humidus ⁊ siccum contraria sint in elementis ⁊ agant ⁊ patiātur adinuicem in transmutatione elementoz quando vnū destruit aliud sicut nos docuimus in secundo de generatione ⁊ corruptione tamen in eisdem actionibus simpliciu calidū ⁊ frigidum sūt prima agentia ⁊ prima mouentia siccū ⁊ humidū: qz nūq̄ humidū sit siccū nisi mouente calido ad extractionez humidi: vlt mouente frigido ad expreffionem humidi eiusdem: econtra etiā siccum nunq̄ sit humidū nisi vel frigido mouente humidū per hoc q̄ inspissat humidū spūale vel siccum vel per calidū faciens discernere humidum qd̄ est in profundo sicci compressum ⁊ ita patz q̄ due istarum qualitatum sūt simpliciter actiue: ⁊ alie due sunt simpliciter passiue ⁊ sūt qd̄ actiue. s. per calidū ⁊ frigidū. Inter actiua autē caliditas est magis actiua propter nouez causas: quarum vna ē qz magis est sūm speciez dicta q̄ frigiditas: qz caliditas eo q̄ rarificat trahit ad formam ⁊ speciem frigiditas eo q̄ in soiffit trahit ad mām: formale autem plus est actiuū q̄ mālē. Secunda autem cā est qz caliditas est actiua per congregationem ⁊ segregationem lz per se cōgreget ⁊ per accidens segreget: frigiditas autē est actiua p̄ congregationem solum sicut patet ex antedictis. Tertia cā est qz calidum in mixtia cā est vltime generationis que est terminatio rei ad formam ⁊ etiā cā vltime correctionis que est putrefactio: ⁊ hoc est in omnib⁹ que accipiūt formam specificam eo q̄ in mineralibus ⁊ metallicis que vident consistere per frigidum: accipitio forme est per calidum cōmiscens cū sicco humido ⁊ deducens ipm ad formam ⁊ speciem: qz alr nō esse: aurū si non esset liquidum sui coagulatum ⁊ argentiū silt: ⁊ ideo frigidum lz coagulat liquidalia tūc per calidum complexionale ⁊ nāle accipiunt formaz ⁊ speciem: correctio autē vltima est putrefactio quam constat fieri per calidum: frigidū autē non est nisi causa generationis cutusdam. s. coagulationis ⁊ coadunationis ⁊ impingationis quozūdam vt p̄traria in sequentibus patebit istius operis. Quarta cā est qz calidū est agens in vniuersali generatiōe ⁊ particulari generatione: frigidum autē non est cā agens nisi particulari generationis quozūdam constat. n. omnia generari calore vli solis precipue. Constat. n. iterum particulariter qd̄libet accipere formam specificam per calorem qui determinat res. Sed frigus non generat nisi quedam ex parte materie ⁊ partes coagulando vel coadunando vel impingando vt dictum est. Quinta cā est qz calidum agendo facit omnem motum sūm qz generat alterat auget corrumpit ⁊ mouet sūm locū eo q̄ quātum inferioribus dat de forma superiorum rarefaciendo ea tantū dat eis de loco eoz eleuādo ea ad locum elementoz superiorū: frigiditas autē non nisi generat sūm quid ⁊ mouet ad locum per accidens quia dat superioribus formam ⁊ locum inferiorum ⁊ hoc non est dare eis motum nisi per accidens eo q̄ sicut alibi diximus frigiditas mouet ad cētū qd̄ simpliciter quiescere est ⁊ per accidens mouere: quia omnia que sunt in centro motu priuantur: que autē a cētū mouentur ad circūferentiam hec simpliciter mouentur. Sexta cā est qz multipliciter calidum est actiuum ⁊ multiplicius q̄ frigidū: qz calidū ducit ad formam speciei: calidū ē coadunat mām ⁊ coagulat terrefacta ⁊ soluit humida coagulata ⁊ corrumpit mixta ⁊ maturat ea ⁊ digerit ⁊ multas alias facit operatio-

nes: frigidum autē non generat nisi ex parte partiu materie. Si enim coagulatur vel coadunat vel impingatur hoc est tm̄ qz h̄ in partib⁹ materie operatur ⁊ nō dat formam speciei: vnde licet operetur ad hoc q̄ forma retineat in mām ⁊ figura debita silt: non tamen dat eas sed calidum format ⁊ frigidū faciens consistere partes materie tenet formam ⁊ figuram in materia: frigidus ē licet aliquando dissoluat hoc non facit nisi per accidens. s. aut circūstando calidum ⁊ expellens ipsum in humidū ⁊ tunc calidum soluit ipm proxime: ⁊ frigidum per accidens circūstando aut inducendo humidum per hoc q̄ continet humidum aqueum ⁊ cōuertit aereum humidum ad aqueum: ⁊ tunc humidū per se soluit ex indigestione aut impediendo operationez calidi sicut contingit in his qui fluxum ventris patiuntur ex indigestione ⁊ tūc defecus calidi ⁊ humidi nimis subtile ⁊ indigestum solunt: ⁊ ideo frigus p̄ se non soluit: ⁊ iō sua actio non est ita multiplex vt actio calidi. Septima cā est qz in animali est calidum vigilie cā ⁊ motus eo q̄ expandit calorem ad superficiem ⁊ tunc ab animali procedunt opera: in omnibus autē alijs rebus calor facit aliud simile vigilie euocādo calorem ad superficiem ⁊ laxando euz ad opera ⁊ hoc patet in floribus qz de nocte propter frigus p̄trahunt ⁊ clauduntur: in die autem propter calorem euocant ⁊ aperiantur. Frigus autē cā est sōni in animalib⁹ ⁊ qd̄ sōno simile est cā est immobilitatis in omnibus alijs ⁊ priuationis operum. Octaua cā est: qz omnem rē quā occupat frigus videmus priuari motu: ⁊ ideo videmus Auicēnā qui dicit q̄ frigus paralyticat res: ⁊ priuat motum ab eis: calidū autē rectificat eas ⁊ confert eis motum: propter qd̄ quidam antiquozūm dixerunt animam calorem esse nālem ⁊ frigus esse causā mortis ⁊ qualitatem mortificationem sūm naturam. Nona ⁊ vltima cā est: qz calidum magis se extendit agēdo vltra subiectum suum q̄ frigidum qm̄ a circūferentia se extendit a terra ⁊ sub terra lōge vt patet per libros antecedentes hunc librum: ⁊ frigus parum in altitudinem se extendit in aerem spissando nubes sicut patuit in doctrina ista: frigus autē quod coagulat vel adunat vel impingatur per istas operationes non dat speciem rebus coagulatis ⁊ impingatis ⁊ coadunatis lz faciat partes materiales consistere predictis modis: qz aliter liquefactum es vel aurum non esset es vel aurum ⁊ simile est de coagulatis ⁊ impingatis. Nos autem posterius dicemus de istis cuz inquisitione certa ⁊ veridica rē.

Cap. iij. de prima operatione actiuaz qualitatu que est generans mixti sūm q̄ mixtum est.

Um autem debeamus dicere operationes istarum virtutum actiuarum ⁊ passiuarū in cōmixtis corporibus prius dicemus operationes actiuarum: deinde passiuarum: operationes autem actiuarum duplices sunt qm̄ quedaz sunt ad esse rei constituendum vel ad destructionem ipsius sicut mixtorum generatio per qualitates primas ⁊ opposita huic generationi corruptio que est putrefactio ⁊ de his dicendum erit primo. Sunt item quedam operationes actiuarum virtutum que esse rei consequuntur sicut digestio ⁊ indigestio cum spibus suis de quibus posterius erit dicendum: primum itaqz sciendum vltimē in omnibus mixtis q̄ simplex generatio mixti ⁊ p̄mutatio nālis ipsius est opus ⁊ effectus harum virtutum que dicuntur qualitates actiue. Tūc autē simpliciter generationem non simpliciter generationem: sed potius

generationem mixti simplicem que abstrahit a generatione huius et illius mixti quod est lapis vel animal: quia de generationibus horum in particulari scientia post istam erit dicendum ubi de mineralibus vel plantis vel animalibus ageretur: hec autem generatio est vere simplicis licet non sit corporis simplicis que est substantia mixti naturalis in quantum mixtum. Naturalis autem permixtio est permutatio eius ad naturam que est species et forma et a natura que est mouens que per se mouet ad formam speciei: hoc enim est proprium aliquod in quoquoque mixto cuius in communi speculatio pertinet ad istam scientiam in qua agitur de effectibus particularium qualitatum in mixto in quantum est mixtum. Non autem tamen ista generatio opus est virtutum actiuarum primarum sed etiam corruptio ei contraria sive contraria in genere: que corruptio secundum naturam est opus harum virtutum. Sicut enim diximus calidum naturale commiscet ad speciem et frigus coagulat et adiunat partes materie et constare et pinguescere facit humidum radicale mixtum quod possit retinere formam et figuram mixti: operationes enim istas iste virtutes habent in omnibus naturaliter mixtis siue sint plante siue sint elementa siue sint partes ipsorum. Sed attendendum quod ista generatio non est illa de qua egimus in libro de generatione et corruptione: ibi enim diximus de generatione vniuersali substantie et substantie simplicis que est elementum et de contrario suo quod est corruptio et hic inquirimus de generatione mixti naturalis secundum quod mixtum est que licet sit utilis ad generationem mineralium vel vegetabilium vel animalium: est tamen contracta respectu generationis absolute utilis quia contrahitur ad generationem mixti secundum quod est mixtum et illam vocamus generationem nomine vtendo generis pro nomine speciei: quia nomen speciei non habemus: oppositi tamen huius generationis habemus nomen speciale quod est putrefactio. Iste autem due virtutes generant et faciunt permutationem naturalem quando proportionem habent et commensurationem debitam ex materia que subicitur vnicuique nature: est enim alta natura plante: alia metalli: alia animalis: ideo alia est mensura actiuarum in generatione istorum cum passiuis virtutibus in generatione vniuersalium: et alia in generatione alterius. Subiecta enim actiuarum virtutum in rebus mixtis naturalibus sunt passiuę virtutes que sunt humide et sicce ex quibus subiectis calidum et frigidum generant res mixtas quando proportionaliter vincunt materiam humidam et siccam hoc est quando agunt permutando ista secundum exigentiam forme et speciei eius quod generatur ita tamen quod aliter agat agens generando calidum: et aliter agens frigidum quia vnum agit ad speciem: et alterum coadunando et continendo partes materie vt supra diximus: cum vero congruentia. scilicet calidum et frigidum non vincunt proportionem dictam materie que est humidum et siccum tunc planum est quia sit secundum aliquam partem humidam quod non terminatur per aliquas actiuas molis hoc est indigestio quia si bene digeretur humidum quod est materia generati humidum susciperet speciem mixti quando calidum agit: quando autem frigidum agit tunc si non terminat coagulando vel coadunando humidum tunc non persistit et partes eius defluent.

Cap. liij. et est digressio declarans quod calidum et frigidum in humido et sicco generant mixtum.

Um autem calidum et frigidum non agant nisi materiam alterando que materia est humidum et siccum: per alterationem autem non educatur forma (satis mixti siue sit mineralis siue plante siue animalis. Dubitabit fortasse aliquis vtrum generatio mixti et contraria eius putrefactio sit effectus calidi et frigidi in humido et sicco. Alterans enim alterat qualitatem suam dando ei quod alteratur et patitur et per qualitatem alteratis nihil constituitur et potentia inesse (satis. Nec potest dicere aliquis quod forma mixti fluit ab omnibus mixtibilibus quia alia est forma substantialis in mixtis preter mixturas: quia aliter mixtum non esset vnum: sed multa simpliciter et vnum secundum quod secundum coniunctionem mixtorum. Si autem aliquis fortasse dicat quod forma mixti non fluit a qualitibus mixtibilium: sed a formis substantialibus ipsorum: hoc erit inconueniens cum constat formam mixti substantialem esse simplicem: sed si flueret a formis mixtibilium esset composita ab illis. Adhuc autem oporteret quod aut forma illa esset multa simpliciter non vnita nisi secundum quod aut si esset vnum tunc oportet dare quod aliud est vniens mixtibilium et formas eorum et illud vniens non potest esse aliquid vniuersum nec omnia illa et hoc non est nisi forma et tunc quero sicut prius quid producat formam illam in naturam mixti. Sed ista questio est philosophice prime: et ideo breuiter tangenda iterum in quantum sufficit ad declarationem propositi. Plato enim et parum ante hec tempora Theodorus et Auicenna et Algazel concedebant formam substantialem non esse a qualitibus actiuis: sed potius dicebant qualitates primas disponere materiam alterando et commiscendo proportionaliter vnicuique nature et speciei et tunc ab intelligentiis siue primis substantiis que dant omnes formas dari formas que datio non est aliud secundum istos nisi lumen intelligentie in materia preparata per pagatum et hanc opinionem defendere videtur Avicenna in libro qui fons vite vocatur. Nos autem cum pythagoricis dicimus quod calor quod est in quantum est calor et quod est in quantum est calor naturalis simul. In quantum est calor altare habet et dissoluere aggregare homogenia et disgregare heterogena que admodum dictum est primo. In eo vero quod est naturalis habet in se virtutem formatiuam vniuersalem nature cuius calor naturalis esse dicitur: sic est enim in eo vis celi et motorum celestium et vis complexionis siue forme illius nature qua format sicut in calore seminis plante vel animalis est vis que vocatur formatiua animalis vel plante: eodem modo est in mineralibus et calore eorum: et sic opus caloris est educere formam de materia que potentia est in ipsa et figurare organa et ordinare suum membrorum et partium sub forma termini ante materiam. Hoc etiam modo calidum habet id opus quod est terminare et complere vniuersum in esse suo. Per hoc autem quod est calor naturalis simul habet digerere humidum et commiscere cum sicco proportionaliter nature que est forma et species mixti vt humidum sit in quantitate et subtilitate et commixtione debita que exigitur ad speciem hanc vel illam qua format calor in quantum est naturalis. Hec autem proportio est secundum proportionem geometricam sicut ostendimus in libro de generatione et corruptione. Quod autem hoc opus. scilicet digerere humidum sibi secundum in quantum est vtrumque simul. scilicet calor naturalis facile deprehendit qui modum considerat huius operis: quia digerendo humidum necesse est quod aliud quid de humido resoluetur et permutetur quod nullo modo facit nisi in quantum est calor. In digestionem autem humidum terminatur

terminatur ad species eius cuius ipsuz est humidum sicut ad speciem partis plante vel animalis vel mineralis: et hoc nullo modo faceret calor inq̄tum est calor: sed potius resolveret eorum humidum ita q̄ siccū incineratur: facit ergo hoc inq̄tum est naturalis: et sic digestio humidi est opus caloris naturalis inq̄tum est naturalia calor. Et ex his omnium obiectorum patet solutio. Sed dubitatio magis pertinens ad hanc scientiam oritur ex ista: q̄ si hoc generatio tota est virtutis active que est caliditas et non eius que vocatur frigiditas que est contra superius habita. Sed ad hoc sciendum q̄ absq̄ dubio ad formam introducendam non operatur nisi calor in omnibus cōpositis siue sint mineralia siue vegetabilia siue animalia: operatur autē vincens proportionatiter vniuscuiusq̄ nature humidum qm̄ si non vinceret id non moueret ipsum digerendo et terminando et formando. Frigidum autem complexionale siue naturale nihil penitus operat ad formam speciei et si vincat materiam non formabitur materia que est humidū cuius sicco proportionabiliter cōmixtum: et ideo a phis qualitas mortificatiua vocatur: sed operatur ad id qd̄ est sub forma hoc est ad cōstantiam partium materie ne calore dissoluatur: et id adunando partes continet figuras et formas rerū generandarum et hoc dico de frigido complexionali qd̄ est fm̄ proportionem nature et substantie mixti: et per hunc modum generatio et contraiacens sibi putrefactio sunt effectus frigidi. Potest etiam aliter esse dubium de hoc quod diximus humidum esse subiectuz caloris in generatione et alijs operibus caloris naturalis cum in veritate nihil componatur ex humido solo nec humidum nūq̄ solum existens digeratur sicut infra ostendetur: sed hoc citius soluitur aduertendo q̄ aliud est humor et aliud humidum nāle qd̄ proportionale est sicut calidum et frigidum: s̄m enim caloris permutantis et digerentis et terminantis et formantis non potest esse actu siccum: q̄ siccum in actu sicci nō est receptibile facile harum impressionum: sed potius humidum in actu humidū: et ideo licet essentialiter cōmixtum sit ex vtroq̄. s. humido et sicco tamen oportet ipsum esse in actu humidū sub illis cuius signum ē q̄ mineras et plantas et animalia et omnium mixtorum species naturales in prima generatione videmus esse in humido quoad qd̄ est quasi seminale ad substantias eorum et species: et ideo subiectum caloris naturalis humidum est tale quale diximus: qd̄ de cetero ppter facilitiorem doctrinam cōmixtionale humidum vel complexionale volumus appellare et c̄.

Capitulum. v. q̄ putrefactio opposita sit generatio ni mixtorum.

**H**abebis loquamur de putrefactione que talis generationi que dicta est contraiacens est et opposita. Simpliciter enim accepta generatione mixtorum huius qd̄ habet et principium est putrefactio: illud enim huius cōe tali generationi qd̄ est via in corruptionem nālem in omnibus reb' tā nālibus q̄ artificialibus: h' autē est putrefactio: q̄ illa est via in corruptione otium rerum nālium et artificialium: q̄ nālia senescunt: artificialia vō veterescunt: h' enim senū. ppzium non sit nisi viri: nec mulier ppzie senex dicat ppter qd̄ etiā Priscianus dicit q̄ ois cōparatiuus in or desinens est cōis generis pter senior qd̄ est generis masculini: tamen hic transumitur ad oium nālium naturalem corruptionem que fit per frigidum intrans in locum caloris nālis: q̄ exalauit secum

educto humido naturali. Vetusitas autē artificialium ē que putrescunt etiā per corruptionem naturalium que sunt mā ipsozum: omne enim qd̄ antiquatur et senescit tendit in mortem et corruptionem: horum autē omnium finis est putrefactio nisi violentum aliquid eorum corumpatur per incendium et combustionem: qm̄ si aliter etiam accidentaliter et violenter res corumpatur sicut si animal occidatur vel arbor secet tñ in fine putrescit: combustum autē nūq̄ putrescit: ideo q̄ si combustionem consumptum est per combustionem venit ad eundem finem ad quē venit per putrefactionem: cū enim res comburitur calor ignis extrahit calorem naturalem qui rem in esse continebat qui exalans trahit secum humidum naturale quo vlr̄ educto primū res relinquitur arida: et tandem discontinuatur et decidit in cineres: et similiter fit in putrefactione: ita enim calor aeris exterior educit calorem nālem de mortuo corpore mixto: qui eductus secum trahit humidum nāle quo educto aret et incinerat corpus mixtum. Constat ergo q̄ omnium per nām mixtorum corporum si habeant finem corruptionis nālis illis finis est putrefactio. Cum enim finis compositi mixti sit resolutio et sua componentia: putrefactio autē est resolutio in illa opz finem ipsozum que naturaliter corumpuntur et mixta sunt esse putrefactionem. Signum autē huius ē q̄ effectus putrefactionis fm̄ ordinem inueniuntur et ipsa mixtis que nāliter corumpunt eo q̄ calor naturalis ex ipsis exalat secum trahens humidum naturalis: ideo que putrescunt primo inueniuntur humida in superficie: educto autem vlr̄ humido vt diximus fiunt arida et adhuc plus recedente humido continuat ab ipsis in toto inueniuntur per putrefactionem incinerata. Ex calido enim et humido et terra facta sunt: et id per putrefactionem resoluunt in illa et hec manifestatur in resolutione eorum: siccum enim qd̄ est in ipsa substantia terre est et hoc terminatum est et ad formam mixti et continui deductum per operationem actiuam qualitatum per modum superius determinatum s. q̄ calidum est cōmiscens et ad formam deducens et frigidum adunans et coagulans partes ad formam fortiter tenendam et figuram que consequitur formam mixti corporis q̄ omne corpus naturale figurā h' nāle suam propriam formam consequentem.

Cap. vi. et est digressio declarans qre combustio sit corruptio violenta et putrefactio nālis est corruptio.

**S**i autem attendendum q̄ licet putrefactio et combustio habent vnum finem: et similem viam resoluendo corpora mixta: tamen putrefactio naturalis est et generationi naturali ipsi mixti opposita et combustio est violenta: cuius causa vera est: q̄ naturalis actio non est nisi fiat aliquo principio naturalium et intrinsecorum operante vel cooperante: putrefactio ergo erit vna naturalis cum si at calore intrinseco educente humidum. Calor enim naturalis sicut supra diximus duo habet. s. vim naturalem cōmixti corporis: et vim caloris ignis. Est autem naturalis corruptio quotiens emittit virtutem mixti corporis propter defectum alicuius vel aliquorum principiorum conseruantium mixti corporis cōmixtionē sub forma substantiali: tunc enim non retinet nisi proprietatem caloris ignis respectu mixti illius ipse fuit calor naturalis: est autem proprietatis ipsius ignis dissolueret et educere sibile a grosso quod facit calor ille humorem naturalem continue ad superficiem educendo et tunc humescit extra mixtum sicut ligna et animalia



## Liber Quartus

lia et lapides que incipiunt putrescere. Cum autem humidum illud quod ante fuit continue eductum tandem relinquatur cinere in putrefacto. Combustio autem non sic agit eo quod calor naturalis non adhuc a virtute nature distinctus sit: et ideo sit ibi violentia quod calor interior cum sit in vigore nature adhuc mixti: et ideo in quantum talis nihil coagit igni comburenti sed reluctat et vim patitur: unde totum principium combustionis est extra cui nihil confert siue coagit calor naturalis: intrinsecus in quantum est naturalis: et ex hoc patet causa quare combustio violenta est et putrefactio naturalis: nec est alia huius causa que vera sit. Dixerunt tamen quidam quod ideo combustio est violenta et putrefactio naturalis: quod modum alium dissoluedi habet combustio et alium putrefactio: combustio enim dissoluit subito vel cito: sed putrefactio paulatim: et quod opus nature non est velocius: ideo propter modum istum dixerunt quod combustio est violenta et putrefactio naturalis. Sed nulla omnino solutio est quod modus consequitur rem cuius est modus: et ideo non est causa rei quod sit naturalis vel quod sit violenta. Alii autem dixerunt quod ideo putrefactio est naturalis: quod naturalia ut quedam animalia innascuntur putrefactis: sed non innascuntur talia combustis: et hoc etiam nihil est ad propositum: quoniam si putrefactio naturalis est tunc erit naturalis ei quod est subiectum eius et cuius generationi contrariatur: hoc autem est id quod putreficit: et non id quod generatur ex putrefacto: et ideo tenendum est sicut dicit prima solutio. Est autem dubium adhuc de ipsa secundum se considerata putrefactione: cum enim omne naturale constitutum sit nature et appetat a natura: ideo enim est naturale: videbitur quod nequaquam putrefactio sit naturalis eo quod ipsam naturam destruit et corrumpit et a nullo desideratur animalium: sed fugitur ab omnibus aut hec obiectio similiter de omni corruptione secundum naturam. Est autem et alia obiectio quod non omnia mixta videntur putrefacta ita quod corruptio ipsorum sit putrefactio quod lapides et metalla non videmus extra humescere et tandem arefcere et ultimo incinerari: et viuorum corruptio secundum naturam potius videtur esse mors quam putrefactio. Putrefactio enim non accidit viuus nisi postquam corrupta sunt per mortem. Sed adhuc plane soluitur per antedicta quod motus naturalis non vno modo dicitur naturalis sicut nec priuatio nec habitus. Dicitur enim generatio naturalis eo quod per naturalia agentia et patientia sit via in naturam: et dicitur corruptio naturalis eo quod per naturalia sit via extra naturam. Non autem vno modo se possunt habere naturalia agentia et patientia in generatione que est via in naturam et in corruptionem que est via extra naturam: sed potius cum in generatione agant et patientur informata virtutibus que dicuntur formatiue ipsius naturalis rei que generatur oportet quod in corruptione agant et patientur de situta a virtutibus illis: retinent tamen virtutes proprias secundum quod sunt qualitates simplicium elementorum: et ideo licet vtraque naturalis sit tamen generatio magis est naturalis quam corruptio: naturale tamen est quod leue discedat a graui: et calidum a frigido: et humidum a sicco: et hec natura est simplicium: non mixtorum. Sicut enim ad mixtum nam non mouet aliquid habens motum rectum: sed potius id quod habet motum ad oblique circuli in celo sicut sol et planete. Et secundum periodum illius motus attenditur tempus generationis: ita necesse est quod qualitates mixtorum desitue virtutibus periodi moueant ad corruptionem et secundum recessus ab illis virtutibus erit ipsa natura

corruptionis: unde secundum istam sententiam non est verum quod omne naturale semper rem constituat: quod priuatio quod datur naturalis est et rem destruit. Similiter non est verum quod omnis res naturalis appetatur a re cui ipsa est naturalis eo quod non vno modo ut dictum est dicitur naturale. Ex his etiam liquet quod falsum est quod dicunt quidam quod corruptio naturalis sit rei delectabilis: quod hoc in nullo reperimus et est contra rei operationes: quod omne quod corrumpit corruptis penibus resistit quantum potest eo quod non desiderat aliquid suam destructionem et corruptionem sicut dicit philosophus. Patet etiam ex dictis quod eadem res violenter corrumpit per combustionem: et tamen naturale est ei comburi quando ponit in ignem: compositio enim violenta fit propter causam superius dictam sed componentibus naturale est resolui per agens ad dissolutionem eorum calidum ignis. Quod autem obijcitur de lapidibus et alijs que raro putrefieri videntur per viam supra assignatam: dicendum quod res commixte diuersimode se habent in humido. Quedam enim parum habent ultra humidum continuas sicut lapides. Et quedam habent multum sed constat per frigidum coagulans sicut metallica: et quidam lapides: et ideo in lapidibus qui putrescunt non multum inuenitur vestigium humoris cum tamen in veritate educatur quando putrescunt. In metallis autem difficulter educitur impediente frigido eo quod frigida coagulata non cito putrescunt ut infra dicemus: tamen quantum putrescunt educitur: et hoc apparet in rubigine metallozum. Quod autem de morte quod est viuorum corruptio queritur soluendum est per hoc quod non est intentio huius libri loqui nisi de effectibus primarum qualitatuum in mixtis corporibus. Mixta autem corpora composita ex contrarijs in rebus naturalibus tres habent differentias. Sunt enim quedam mixta que sunt ex contrarijs mixtis. Et quedam sunt complexionata supra mixtionem que complexio est multiformis secundum dominium vel equalitatem humorum qui sunt frigidi ex tribus permixtis. Et quedam sunt mixta et composita ex partibus etherogenijs sicut est manus et pes et cor et epar et hmoi et hec apud philosophos vocantur corpora composita quod magis composita sunt eo quod modum habent omnem compositionis. Mors autem et vita non sunt mixti in quantum est mixtum: sed potius complexionati et compositi: sed cum putrefactio sit resolutio naturalis commixti in quantum est mixtum ex elementis et qualitatibus eorum oportet hic agere de ea absque dubio eo quod fiat mentio de morte et vita: unde cum post mortem relinquatur corpus mixtum illius proprie est resolutio naturalis putrefactio et per hec dicta facile intelligitur id quod dicitur sumus de putrefactione.

**Capitulum. viij. qualiter et que res putrescunt et per quid.**

It enim putrefactio mixti quotiens vincit terminans terminatum per continens. Dicitur enim supra quod terminans est calor naturalis: terminatum autem est humidum: continens autem est aer et locus omnis rei naturalis que commixta est ex contrarijs. Ex qualitatibus vero loci est quod calor loci resoluit calorem terminantem et trahit eum ad exteriora ad se: et tunc ille calor quod terminans fuit vincit humidum naturale quod fuit determinatum et trahit ipsum secum: et tunc humescit res insuperficie: et educto humido erit arida et tandem cinis vincit si quod calor terminans humidum et in generatione sicut supra diximus. Sed alia est victoria proportionalis nature mixti

mixti que est in generatione. Et alia est victoria simplex que est cum excellentia proportionis: et hoc est in corruptioe que vocat putrefactio et postea quod est calor naturalis in quantum naturalis est: quia ex hoc quod naturalis sit habet proportionem. Secunda est caloris scilicet quod est calor tunc: quia ille non attendit proportionem sed semper segregat subtilia a grossis: sit autem euocatio caloris interioris per calorem loci continentis. Si ex cellat interiorem calorem exteriori quis quicquid caloris est extra per lumen solis et stellarum et calefactionem ignis: vel ex alijs quibuscumque causis non continetur rebus mixtis nec tangit eas nisi per superficiem loci continentis. In eo autem in quo tangit etiam agit et in quo agit in eodem alterat et per consequens putrefacit ut dictum est. Probatum autem hec expositio nostra est modo loquendi philosophi cum ipse ubique terminans vocet calorem naturalem et terminatur vocet naturale humidum et continens vocet locum. fuerunt tamen non parue auctoritatis viri qui dixerunt terminans esse locum et continens esse solem quod circularionis motu continet et igne quia continet circulo et situ: scilicet oportet quod id continens imprimat qualitatem suam loco terminanti et postea locus terminans vincat naturam mixti quod terminatum per locum appellauit. Siue ergo hoc modo siue predicto modo dicatur oportet quod interior calor calore loci vincatur licet enim locus sit saluatiuus locati per hoc quod locus est: tamen per hoc quod excellit in qualitatibus actiuis et precipue in calido nihil prohibet fieri causam corruptionis que est putrefactio. Putrefactio enim et proprie dicitur in his que sunt partem corrumpuntur cum a natura faciente et conseruante mixturam separantur: in toto enim putrescunt mixta in toto: sed ea que in parte mixta sunt sunt sicut elementa in seipsis suis permiscuntur in illis etiam secundum partem erit putrefactio proprie dicta: quia sic alienum calidum educit ab aere mixto humidum alterum sibi in mixtum et ab aqua calor accidentaliter intraneus: et extra euocatur a calore exteriori et educit secum humidum corruptum sicut patet in estate quando super aquas stantes generantur ampulle et viscosa quedam et pinguedini similis pellis extenditur in superficie. Similiter fiteductio humidi corrupti a terra propter accidentalem calorem qui intraneus est terre et euocatur temperate calido. In solo autem igne non fit talis putrefactio et hoc ideo quia in simplici putrefactio non potest esse aliqua cum simplex nihil habeat alienum et hoc modo nec simplex aer nec simplex aqua nec simplex terra putrescit. Si autem mixtus sit ignis tunc est similis combustioni et ideo putrescere non potest propter causam superius assignatam: ideo vniuersa reliqua in quantum mixta sunt putrescunt preter ignem etenim terra atque aqua nec non et aer in quantum miscentur putrescunt omnia enim hec in putrefactione erunt materia ignis quia ignis calido suo agente putrefacit ea. Si autem elementa essent simplicia non putrescerent: quia tunc in aqua et terra essentialis frigiditas impediret putrefactionem: in aere autem humidum spirituale esset ab eo inseparabile: et ideo putrescere non posset. Adhuc autem licet simplicia transmutentur ad seinuicem per generationem: non tamen per putrefactionem: quia in putrefactione relinquuntur aliquid preiacens ut aridum et cinis sed non fit tale relictum in corruptione elementorum sed potius totum transit in corruptum: mixtorum corruptio in hoc differt a simplicium corruptione: quia mixti

corrupti in simplicia preiacentia ex quibus componuntur. Simplicia autem quia nihil habent preiacens ex quo componantur corrumpuntur in contrarium quod corrumpit ea.

Capitulum viij. quid sit putrefactio et qualis est effectus frigidi et calidi: et quare frigiditas dicat mortificatiua.

Putrefactio vero est corruptio facta in vnoquoque humido intraneo quod humidum subiectum est caliditatis proprie que est secundum naturam ab aliena caliditate. Cum enim sit generationi contraria putrefactio oportet ipsam in generatione corruptionis esse: agens autem primum est aliena caliditas attrahens naturalem ad exteriora: et ideo illa caliditas que est propria mixto eo quod sibi soli conuenit et est scilicet natura eius eo quod virtus naturalis mixti formandi et conseruandi sit in ipsa corrumpitur ab aliena caliditate: non in quantum est caliditas: sed in quantum est naturalis: quia per hoc quod est naturalis proportionalis est nature mixti in qua proportionem contrariatur aliene caliditati et per illam contrarietatem corrumpitur ab ipsa: cum etiam illa naturalis caliditas corrupta sit in vnoquoque humido: hoc est in vniuscuiusque rei naturalis mixte humido: sicut in subiecto quod terminatur quando proportionaliter vincit ipsum: oportet necessario quod quando corrumpitur ab aliena caliditate et amittit proportionem ad humidum naturale: quod agat in ipsum dissoluendo ipsum et educendo per locum quem aperit et laxat aliena caliditas: hoc est per poros corporis mixti ad superficiem ipsius: et sic putrefactio congrue diffinita est tunc diffinitio eius contineat genus proprium et agens primum quod est caliditas aliena: et agens proximum quod est caliditas naturalis corrupta: et subiectum proprium quod est vniuscuiusque humidum: tales enim debent esse phisice diffinitiones. Caliditas autem aliena corrumpens absque dubio est caliditas loci continentis: ut supra diximus: et ideo quia mixtum putrefactionem parit ex defectu calidi proprii et naturalis quod educitur ex ipso cum talis virtus in ipso deficiat crit frigidum: et ideo frigida inueniuntur omnia que putrefacta sunt et sic putrefactio dicitur causata ab utraque virtute actiua: scilicet caliditate et frigiditate et communis est passio siue effectus vtriusque sed differenter quia est effectus frigiditatis proprie et caliditatis aliene. Frigiditas enim que est in compositione mixti ad partium coadunationem et coagulationem que proprie frigiditas est rei sicut sepe diximus exiens calidum et deficiens expellit a se et manet in partibus terrestribus relictis in putrido. Caliditas autem aliena expulsum ex se calidum naturale ad se trahit: et sic ab utraque actiua virtute perficitur putrefactio et remanet aliorum siue frigus essentialium partium terrestrium et aquearum componentium mixtum in fine putrefactionis ut terminus ipsius: et ideo quo magis res putrescunt siciores sunt et terrestres et in ultimo remanent terra et simus qui nihil aliud est quam vltima corruptio humore putrefacta et infusa. Ex parte autem calido simul cum ipso exhalat humidum naturale eo quod calor humidum subtile secum trahit. In re autem nihil remanet quod inducat et retrahat humidum quia nihil posset ipsum inducere nisi calor et ille est in fuga per recessu oportet ergo quod relinquat siccus cinis in fine putrefactionis: scilicet enim frigiditas deficiente trahat siccum ignis ad

## Liber Quartus

humidum aeris et spirituale humidum aeris ad corporale humidum aque: tamen a grosso terrestri propter eundem effectum condensationis exprimit humidum et ideo cum frigus quod est in putrefacto sit in grosso terrestri exprimit ab ipso humidum: et ideo eductio humidum naturalis: ita est a frigido exprimente quod a calido extrahente: et hec est causa ex parte humidum naturalis sumpta quare putrefactio est effectus frigiditatis proprie et caliditatis aliene. Ulterius etiam hic videtur quare frigiditas dicitur qualitas mortificativa et caliditas qualitas vivificativa a philosophis: quia patet quod nihil operatur ad naturam et generationem mixtorum nisi caliditas naturalis et complexionalis et hec ad corruptionem mixtorum non operatur nisi in quantum est aliena et non in quantum est caliditas sed frigiditas propterea dupliciter operatur ad corruptionem mixtorum per naturam et non operatur ad preservationem et generationem eorum nisi per accidens et ex parte coadunationis materie.

Cap. ix. de his que impediunt putrefactionem et de causis propter quas impediunt.

Quod autem caliditas aliena continentis loci causa sit putrefactionis corporum mixtorum optime liquebit si impedimenta putrefactionis consideremus que quidem multa sunt sed quinque nobis sufficiunt ad propriam declarationem. Res enim minus putrescunt in frigoribus quam in estu: et hoc ideo est quia in hyeme in loco aeris continentis corpora mixta paucum est calidum et multum frigidum: paucum autem calidum non prevalet corrumpere et evocare calorem naturalem et multum frigidum repressivum est calidum naturalis intus: et clausivum pororum corporis ne spiritualiter exeat naturale humidum: et hoc faciunt ad rei conservationem a putredine sed in estate oppositis de causis res magis putrescunt. Unde autem potest contingere quod frigus est mortificans calidum naturale et expellens ipsum ad exteriora ita quod ibi condensatus in humido destruit rei mixte naturam et complexionem ita quod recedente frigore res putrescit sicut putrescunt membra frigore mortificata sed tamen erunt motus putrefactionis nisi recedente frigido sicut patet in mortuis in frigido congelante: stant enim ad multos annos et non sentent nec putrescunt: et hoc est in alpebus ubi sunt perpetua frigora. Ad hoc etiam si contingat quod calidum est desatum in aliquo in locoposito corpora citius putrescunt et ideo sub terra posita in qua condensat calor citius putrescunt quam stantia in aere: quia in aere sepe succedit frigus calori quod repercutit calidum putrefaciens ad interiora corporum. Hac de causa ossa albiora efficiuntur sepulta quam non sepulta: quoniam calor condensatus in terra fortior est ut diximus in tertio huius scientie libro: et ideo decoquendo extrahit ab ossibus humidum pingue quo extracto efficiuntur albiora. Similiter ea que frigido sunt coagulata non cito putrescunt: et hoc ideo est quia coagulatum frigidum sicut sunt metalla magis est frigidum quam aer continens sit calidum: et ideo effectus frigidi non prevalet aer: quia frigus coagulans claudit poros et restringit intus calidum complexionale siue naturale in tantum quod calor aeris ea non valet aperire nisi parum et in quibusdam: et ideo quedam eorum rubiginosa efficiunt et quedam non sicut aurum rubiginem non contrahit. Si autem calidum exterius esset movens et alterans coagulatum tunc vinceret sed hoc sic prevalet favore calor aeris sed potius calor ignis et ille non putrefacit quia aut solvit et non facit plus aut clavat ea sicut infra dicemus: aut comburit: et nullo istorum modorum sit putrefactio. Amplius si aliquid est quod ferventem huius calorem intra et illud non putrescit ad materiam igneam et aqueam ferventem

quam diu manet fervens. Tunc enim calor aeris circumstantis minor est quam calor rei: ergo sic tunc non prevalet calor aeris ad evocandum calorem interiorum nec ad vincendum ipsum antequam faciat in eo aliquam permutationem hac de causa calida naturaliter quando sunt excellentem habentia calorem sicut est piper et galanga et huiusmodi: non cito putrescunt precipue cum exsiccantur sed zinziber putrescit citius illis propter coniunctum sibi humidum. Similiter id quod movet et id quod fluit sicut liquor aque vel vini minus putrescit quam id quod non movetur. Excitatur enim calor qui est naturalis a motu et diffusit se per partes mixti: et ideo motus quo aer alteratur tale corpus infirmior et debilior est quam sit motus caloris naturalis id autem quod est debilius non trahit ad se id quod est fortius: et ideo exterior calor aeris non facit permutationem in calore qui inheret intrinseco et est ei naturalis: hec est causa quod vinum longe dulcius melius efficitur ex motu convalescente in ipso calore naturali propter percussionem et motum partium magis et subtilius digeritur humidum et ipso magis digesto magis conveniens et sapidum efficitur. Etiam eadem causa pendulum vinum et bene percussum et motum reuertitur aliquando in statum. Ex opposita autem causa non motum vinum et precipue si soli operatur putrescit vel convertitur in acetum: quia calor solis vel aeris extrahit ab ipso partes ignis et humidum subtile exhalat cum illis et perit vinum. Eadem causa multum tardius putrescit quam quod paruum est et paucum: quia multum si sit continuum et homogenium multum habet calidum: quia omnis virtus naturalis sicut est calidum multiplicatur sua propria materia multiplicata: et ideo in multo continuo: et homogenio multum est calidum et illud non potest alterari et corrumpi calido aeris eo quod non excellatur ab ipso aeris calido et ideo non putrefacit ipsum: est autem in tali multo et magno etiam plus de frigiditate essentiali que partes materie plus potest continere quam calor aeris valeat dissolvere: et hac de causa mare simul stans non facile putrescit divisum autem in partes paludales citius putrescit et in alijs autem non dissimiliter ista inveniuntur: quia omnis aqua divisa citius putrescit eo quod frigus essentialis eius non resistit calido aeris habenti extrinsece partes subtiles et putrefacientem eas. Est autem dubium circa istud quoniam videmus quod grana multa composita simul citius putrescunt quam rara: et ideo sepe oportet revertere frumenta ne putrescant: similiter autem est de palea et de gramine quando in multitudine componuntur. Sed hoc solvendum est quoniam grana et gramina non sunt continua et cum parva sint in compositione ipsorum generatur calor propter egredientem ab uno quoque ipsorum calidum naturale quod secum trahit humidum et id incenditur propter undique adveniens ab omnibus calidum et ideo fumant talia omnia quando putrescunt. Eadem causa proorsus dicta est in simo qui caleat subtus et precipue quando extrinsecus constringitur frigore repercussiente calorem ad interiora: et ideo tunc magis putrescit obviens enim sibi undique calidum undique facit confluere humidum et putrefacit ipsum: cuius signum est quod simus in medio est humidus et calidus et in extremis est frigidus et siccus.

Cap. x. et est digressio declarans quedam alia impedimenta putrefactionis: et que est ratio istorum et ordo intelligendum tamen quod sunt plurima impedimenta putrefactionis sic balsamum myrrha et aloë et sal et ipse sol exsiccans scilicet omnia huiusmodi impediant eam per huiusmodi vehementem

vehementem exsiccationem propter caliditatez quasi vicinam quam habent ista humidum superfluum ex/ trahunt 7 quia multuz exsiccant ideo contrahunt sic/ cum ne continuans humidum locum inueniat ex/ cun/ di: 7 ideo passa alterationes fortes ab his que dicta sūt valde inueniuntur arida 7 dura contracta 7 in superfi/ cie rugosa 7 ideo inseparabile quasi efficit ab eis hu/ midum continuans: 7 hec est causa quare etiam corpo/ ra mortua conseruant quando sunt infusa talibus: vel quando iacent in terra talem virtutez exsiccatiuaz ha/ bent: vnde etiam corpora macilenta melius a talibus conseruantur q̄ multum carnosā. Est enim in corpori/ bus duplex humidum. s. continuans 7 quasi nutriens: 7 quando educitur humidum nutriens quod non mul/ tum adheret partibus corporis non oportet q̄ educa/ tur alterum quod est multuz membris adherens. Hec est causa quare lapides 7 ligna dura nō cito putrescūt quia vltra humidum continuans paruz habent de hu/ mido. Numerus autem eorum que hic dicta sunt 7 or/ do sic potest patere. Impedimentum enim putrefactio/ nis aut est contrariuz putrefacto aut similis speciei cū ipso. Si autem est contrarium putrefacti tūc est frigus 7 illud est aut extrinsecum aut intrinsecuz. Et siquidē est extrinsecuz tunc est frigus aeris in hycme: 7 qz ex/ trinsecum frigus per se repugnat alieno 7 extrinsecō calido: ideo id est qd̄ magis impedit inter omnia impe/ dimenta: 7 ideo hoc est primum. Si autem est intrin/ secum frigus tunc est ibi coagulatio facta a frigido qz tamen naturaliter impeditur aliena caliditas a frigido ideo id est secundum 7 precedit hec duo omnia alia impedimenta. Si autem impediens putrefactionē est similis speciei euz putrefacientē: tunc oportet q̄ impe/ diat quātitate sine intensiōe sua: causa ergo istius intē/ sionis: aut erit in ipsa qualitate calidi naturalis: aut erit in causa calidi 7 quātitate eius: aut erit ex subiecto ip/ sius qd̄ est materia eius in qua est: 7 si erit in ipsa qua/ litate sic erit seruos impediens: qz ideo alias duas pre/ cedit: qz essentialior 7 proximior ideo calido impediens est. Si autem est in causa calidi tunc erit motus: 7 ideo etiam si motus sit immoderatus tantum intenditur ca/ lidum quod consumit substantiam. Lutus exemplum conueniens est in lumine multe palee vel stupe vel igne. Si enim quiescat extinguitur. Si autem moueatur ac/ cenditur 7 si moderatus sit motus consumet subam. Minimum autem essentialē calido est subiectū in quo est ad cuius q̄titate multiplicatur vt diximus 7 ideo hoc vltimum inter impedimenta assignatur.

Cap. xi. de animalibus generatis ex putrefactis in quo est digressio declarans solutionem dubitabilium que sunt circa hoc.

Inascunt aut aialia ex putrefactis cui⁹ cāz breuiter assignat p̄hs dicens q̄ hoc ideo fit: qz calor disgregas corpus mixtū per hoc q̄ subtile extrahit 7 relinquit grossum est naturalis 7 nō calor absolute: 7 ideo omnia ea que disgregauit humi/ da ad superficiem tracta a frigidis sicis remanentib⁹ facit constare simul 7 congregari: 7 sic ex ipsis genera/ tur animal: videtur autem admiratione dignum quod dicit calorem disgregantem partes mixti esse natura/ cū nos supra necessario ostendimus q̄ disgregare non hz inquātū est naturalis. Amplius aut si esset natura/ lis esset adhuc in p̄portione vincēs humidū ergo ter/ minaret ipsuz 7 nō putrefaceret. Et ad hoc dicit auer/ rois q̄ animalia h̄ innascuntur ex virtute stellarum 7 non ex virtute vel vi caloris naturalis: plato autem di/

cit a datore formarum eis dari vitam 7 animam. Sed si ex virtute stellarum generarentur hoc nō posset esse nisi altero duorum modorum: scilicet ex virtute com/ muni solis 7 motus eius quā habet in obliquo circulo aut ex propria aliqua constellatione que hoc faceret. Si autem sol primo modo communis esset causa gene/ rationis horum animalium tunc tempore certo debe/ rent generari quando sol accedit ad equinoctium esti/ uale 7 tempore certo deberēt cor:uimpi quando sol re/ cedit a puncto equinoctij hyemalis 7 hoc non vide/ mus. Si autem secundo modo 7 ab aliqua constella/ tione speciali fieret generatio istorum: tunc non debe/ ret generari nisi illa constellatione existente: 7 hoc cēt forte infra multos annos: dicitur enim cōstellatio spe/ cialis conuentus 7 respectus plurium stellarum ex eo q̄ speciali modo congregātur vel opponuntur vel ali/ ter se respiciunt. Adhuc autem 7 p̄hs male tangeret causam cum dicit q̄ hoc facit calor eo q̄ est naturalis. Quero autem insuper euz caloris sit disgregare quod constare facit humidum eductiuum pellem 7 corpus animalis: 7 cum ipsum humidum effluens ex partib⁹ putrefacti corporis sit cōtinuū: qz nō generant in vnū aial sed multa: 7 cū ipsum sit vnus nature quare que/ dam generata ex ipso sunt longa 7 stricta 7 quedā la/ ta 7 breuia 7 quedā stricta parua 7 breuia: 7 vnde ve/ nit diuersitas colorū illoz ai. lūi: 7 quare ex humido illo nō generatur planta: precipue cum corpus putrefa/ ctum fuerit planta sicut arbor vel herba cum enim fa/ cilioris sit generationis plāta q̄ animal: videretur for/ te alicui potius ex putrefactis debere generari plātas q̄ animalia. Ad omnia aut ista satisfaciētes dicimus q̄ Aristō. optime reddit causam generationis ex putre/ factione p̄ hoc quod dicit q̄ calor est naturalis qz dis/ gregat licet enī corrupta sit p̄portio quaz habuit ad humidū s̄m q̄ est humiduz putrefacti corporis: tñ nō in totum corrupta est: qz remanet illius p̄portiois genus 7 p̄ hoc facit p̄stare humidū extractū in generationez aliterius rei: precipue animalis imperfecti 7 frigidū sicut sunt vermes 7 rane vel serpentes quozum corpora se/ re in toto sunt similia: humidū etiā non in toto amittit p̄portionē simpliciter s̄ destructa in specie p̄portio remāsit in genere: 7 ideo subtile ipsi⁹ sit seminariū al/ terius generati sicut. n. in semine aialis est vis formati/ ua aialis s̄m nāz illi⁹ seminis q̄ vis est in spū spumoso 7 nāli seminis opat p̄ calidū nāle: ita vis in gñe aialis ipsecti remanet in subtiliori hūido putrefacti qd̄ prio extra p̄stare in pelle p̄ frigidū p̄tes faciēs p̄stare deinde calidum qd̄ est in ipso dissoluit aliqd̄ de subtiliori hūi/ do 7 facit inde spēm q̄ nō panizat. s. pellē illā p̄stantez in circulo 7 efficit vehiculū virtutis formatiue q̄ est ex hūido 7 ex illa educit forma aialis: 7 p̄ h̄ patet q̄li/ ter ille calor nālis est 7 terminat 7 q̄r nō nālis 7 dis/ soluit: octū aut auerrois est ipsectū: vey. est. n. q̄ ois gñatio catur ex stellis s̄z qd̄ serūt i obliq̄ circulo cir/ culo cōiter. S3 h̄ nō sufficit ad cāz i spāli sciēdā s̄z po/ tius addēdū ē qd̄ dixim⁹: sūt aut h̄mōi multa aialia p̄ pter diuisionē seminalis hūidi eoz qd̄ de putrefacto 7 successiue 7 i diuersis partib⁹ educit 7 ex partib⁹ q̄z cōple/ xiones aliqñ sūt diuersē sic ē os 7 caro 7 vīca. Cā aut diuersitatis aialū gñatoz ē diuisio seminis i matrice: 7 h̄ mō ē h̄ q̄ diuidit hūidū p̄ vices 7 p̄ loca educti/ onis ei⁹ de putrefacto 7 iō multiplicānt aialia. Et cau/ sa similitudinis hoz aialū ē s̄litudo educti hūidi de corpore: 7 homogeneitas hūidi cā ē q̄ h̄nt totū corpus simile 7 non sunt composita ex multis etherogenijs

*Quidam (scilicet) generationem animalium a putrefactione*

## Liber Quartus

partibus: quod autem quedam sunt longa et fricta: que  
da aut breuia et lata causat ex diuersitate complexio-  
humidi ex colerico calido et sicco generatur vermis  
longus et strictus eo quod calor multum extendit in ipsum  
et humor colericus non multum est dilatabilis. Ex fle-  
gmatico autem frigido et humido generatur animal la-  
tum et breue quod humor aqueus multum est dilatabilis  
et frigiditas non multum extendit ipsum. Ex sangui-  
neo autem generatur medium inter longum et breue  
propter calidum et humidum temperata: ex malen-  
conico autem naturali animal generatur strictus et bre-  
ue: et quod frigus non permittit extendi et siccitas non per-  
mittit ipsum dilatari: ex melancholica autem accidenta-  
li que est adusta generatur valde longus et exilis: quia in  
feruore caloris eius multum extendit ipsum et siccitas  
immoderata attenuat ipsum: sic enim colericus croceus  
est coloris et sanguineum rubeum et flegmaticus albus  
et melancolicum nigrum: et si quorum materia permi-  
xta est horum etiam quantitas et color necessario permi-  
xta erunt: planta autem in tali generatione nunquam gene-  
ratur: quod planta terrestris subie est multum et humidum  
quod per putrefactionem educitur subtile est et multum  
aereum quod materia esse non potest plante sed aliis  
et ideo etiam in animalibus natis ex putrefactione fre-  
quentissime crescunt ale: quod volatiles vermes sunt de  
leuiori et subtiliori humido.

Cap. xii. de digestionem et indigestionem et qualiter di-  
uiduntur species.

Quod autem diximus quid est generatio mi-  
p xtorum et quid corruptio illi generationi op-  
posita que putrefactio vocatur relinquitur p-  
fecto dicere consequentes species actiuarum virtutum  
que communes sunt: et continent sub se alias: quia de co-  
munibus prior est speculatio. Vocamus autem species  
effectus quos efficiunt virtutes actiue ex his que subij-  
ciuntur eis et constant per naturam sicut sunt sicca et hu-  
mida que sunt in rebus mixtis: hec enim superius dixi-  
mus esse subiecta qualitatum actiuarum calidi videli-  
cet et frigidi. Species autem communis calidi est dige-  
stio hanc autem species calidi sub se continet alias tres: sci-  
licet pepansim epesim et ophesim. frigidi autem com-  
munis species est indigestio opposita digestionem. De au-  
tem species sunt super dictis speciebus digestionem op-  
positae omnes enim opponitur pepansi et molinsia op-  
ponitur epesi stathesia autem opponitur ophesi. Non  
oportet autem aliquem arbitrari quod nomina istarum spe-  
cierum digestionem et indigestionem de omnibus dicantur  
sed per vnam rationem de quibus dicuntur: quia dicitur  
non vniuoce sed per prius et posterius et per metha-  
phoram aliquando quia nomina illa nomina non sunt  
proprie rebus adaptata per omnia similibus et vniuocis:  
et ideo aliquando non oportet suspicari per hoc quod  
predicentur de rebus secundum nomen et rationem: sed potius  
per hec nomina intelligimus talia que translative di-  
cta digestionibus vel indigestionibus similes sunt.

Cap. xiii. et est digressio declarans diuisionem spe-  
cierum digestionem et indigestionem.

Ubiabit fortasse aliquis qualiter neglecta ea  
d que in loyca arte traditur commune genus di-  
uiditur in species antequam ipsum diffiniatur cum  
diuisione generis debeat sumi sub diffinitione eius eo quod  
omnibus diuidentibus genus aliquod generis diffini-  
tio debeat conuenire et est magis mirabile cum natura-  
lia et artificialia sint in generibus diuersis qualiter ge-  
nera naturalia que sunt digestio et indigestio diuidantur

per species artificiales digestionem et indigestionem  
Amplius videtur inconueniens artificiale cum natu-  
rali idem commune diuidere: pepansim enim naturalis di-  
gestio est: epesim autem et ophesim sunt artificiales.  
Similiter autem et molinsia et stathesia artificiales sunt  
indigestiones et omnes est indigestio naturalis. Si  
forte aliquis soluet ad hoc velit dicere quod ista artificia-  
lia ad naturalia referuntur: et ideo cadunt cum ipsis in  
eadem diuisione tunc oportet assignare primo natura-  
lia illa ad que referuntur et tunc de artificialibus de-  
de facere tractatum adhuc cum artificialia imitentur  
naturalia: oportet ostendere in quo imitentur et sic po-  
stea artificialia inducere. Nihil autem horum facit pbs.  
Adhuc autem sciendum est quare non plures quam  
tres digestionem species assignantur: et si forte aliquis  
velit dicere quod digestio non potest esse nisi intra unum  
pepansim vel extra unum vel ophesim: vel extra et intus  
simul: ut epesim videbitur inconueniens valde: quod sic  
epesim ophesim sequi deberet cum simplicior sit ophes-  
subtilius ipso et per virtutem caloris perforat et intorquetur per curvas vias quod non potest facere grossum et hebes humidum aqueum. Ad aliud dicendum quod in veritate si later cadens ponatur in aqua calidum repercutitur ad interiora et secum trahit paucum humidum quod remansit et incendit ipsum et refumit: et ideo later postea scinditur et forte firmatur: et hoc contingit propter frigus non propter humidum: sed humidum non intrat propter causas quas diximus: et tunc coagulatur later et restringitur propter frigus aque et tunc adhuc ab utroque coagulatur. Si autem in feruenti aqua ponitur: dicendum quod adhuc non liquefit propter stricturem pororum: sed tamen non coadunatur humidum eius nisi in frigore compleatur ut dictum est. Ex his liquet quare lapides de terra eruti qui sunt aliquantulum molles indurantur in muro in aere posito. Calor enim loci qui fuit ex fumis terre resoluit in eis humidum naturale continuans partes materię: et ille calor expellitur a frigore in aere: et tunc coadunatur humidum et id quod superfuit continuitati resoluitur cum calido egrediente: et tunc induratur lapis. Patet etiam quare quidam lapides post gelu resoluuntur calore solis scinduntur et quidam resoluuntur in frigore et etiam quedam ligna: frigus enim calorem in corporibus diffusum propellit ad interiora: et ille secum trahit humidum et superficies exterior desinitur humido et hoc quod diu humido moto ad interiora comprimuntur stat continua et integra. sed quando rediens calidum extrahit calidum interius reddit humidum: et quod iam mobile factum est et non est partibus terrestribus bene coadunatum evaporat: et tunc lapis scinditur in parvas particulas: et hoc sit causa patet per hoc quod hoc frequenter accidit lapidibus valde duris qui non sunt bene commixtionis: in frigidibus autem magnis dissoluntur ligna et lapides propter hoc quod sunt tenues et cum non potest propelli calidum et humidum in profundum dividitur in extrema et recedit a medio et tunc dissolvitur cum magno sono: aliquando enim si sunt lapides et ligna spissa scinduntur in extremis et medium manet continuum.

Capitulum xvij. de lignis que non liquant: et quare hebenus non natat et quedam alia ligna.

Edemus ergo nunc istis expeditis et videamus mus que et quare sint solubilia et insolubilia.

Dico autem quod ligna sunt omnem sui speciem et genus quantum ad materiam sunt terre et aeris: cuius signum est quod combustibilia sunt cum nos sciamus solas aeris humiditatem esse ignis nutrimentum et sumentum eo quod aquea sunt sibi contraria: cuius ratio et causa a nobis in libro de generatione et corruptione tacta est. Quia enim aerea humiditas extra se fluit qui motus est calidus: ideo calidus est subiectus et nutrimentum illa humiditas: et quod humilitas aque fluit infra se et quolibet parte supra quolibet partem versus centrum: ideo ignis est contraria et ignis extinguitur in ea. Ligna vero que tale humidum habent: tale autem humidum partes terre fluere a se non facit: sed potius adunat eas: et ideo ligna non sunt liquabilia: sed combustibilia et propter aerem multum quod habent aque supernatant preter magnam hebenus nigram que mergitur: quod cetera ligna ab ipsa aeris habent plus: sed ex hebeno nigra aer exspiravit: et ideo quod remansit in ea plus est terre quam aeris. Est autem observandum ad intelligentiam dictorum quod humidum aerem licet sit simplex in substantia tamen triplex est in virtute quando commiscetur cum humido aqueo vel cum sicco terreo vel cum utroque: quandoque enim sequitur formam et motum aeris trahens secum humidum aqueum et sicco terreo: et tunc est mul-

tum vaporosum et subtile: et ex sua vaporositate rarificat partes corporis in cuius venit compositione rarificando autem facit eas porositas et stat in poris illis repletis eos: et sic facit commixtionem ligni secundum suum genus sed forte aliquod lignum propter aliquod accidens parum habet de ipso: aliquando autem spissat aerem in aqueum fluens multum cum quo est terrestre subtile permixtum propter quod aqueum humidum est viscosum effectum: tunc spumatur in humido illo et facit pinguedinem: aliquando autem ingrossat valde non in aqueo sed terrestri grosso: et tunc nihil amplius facit nisi quod commiscet sibi invicem optime partes terrestres: et tunc facit lignum solidum et continuum sicut est lapis durus sicut fit in hebeno nigra: per hoc enim quod subtile est humidum bene commiscet: et per hoc quod est fluxibile facit fluere partem super partem et efficit planum et politum valde sicut lapis politus: et ita est in hebeno nigra: et quod tale humidum multum est iuxta naturam humidum aqueum: ideo partes aeris multe evolant de ipso: et tunc claudit poros per fluxibilitatem suam et gravat per terrestritatem et ideo mergitur: mergitur autem nigra hebenus et non alba: quod exteriora hebeni sunt alba: et in illis agit sol et extrahit et subtiliat humidum propter quod terrestre decocit in humido albo efficit et quod multum subtiliat ipsum et subtile aperire poros: ideo hec alba hebenus apparet porosa et non mergitur nec ita est polita sicut nigra. Quercus autem diu iacens in aqua nigra efficitur et mergitur sub aqua: quod frigore aque humidum aerem et aqueum et terrenum grossum conuertitur: non est autem inconueniens quin in alijs lignis multum fiat similiter: later autem ut prius diximus est terre tantummodo nec humidum habet nisi continuans partes ipsi: et hoc est ideo quod paulatim coagulatur arefcens educto ex ipso humido: cum autem humidum egressum est non potest intrare in ipsum aqua per eodem poros per quos exiit humidum vaporabile cuius causa superius dicta est: et ideo per humidum non soluit eadem etiam non soluet illud cum ipsum coagulauerit ipsum sicut prius diximus: et ideo non soluitur omnino solutione que est elixatio humidum a centro in quo per frigidum compressum est: diximus ergo quid sit coagulatio et quid liquefactio et per quas causas fiunt et que sit eis diuersitas subiectorum corporum.

Capitulum xvij. et est conclusio ex phabitis habita in ferius quod omnia corpora omnyomera constent ex quatuor primis: et precipue ex passivis que sunt humidum et sicco siue terra et aqua et est enumeratio ea que posterius determinanda sunt.

Et his autem que dicta sunt ulterius perspicuum est quoniam omnia corpora mixta coagulantur a calido et frigido. Calidum enim et frigidum coagulantia et impinguantia faciunt corpora mixta et operantur ea sicut diximus: et quod ab ipsis conduntur et sunt necesse est quod in omnibus eis sit caliditas quod illa est commiscens et generans sicut sepe supra probauimus. Est autem in quibusdam eorum aliorum quando per indigestionem vel per putrefactionem deficit caliditas. Cum autem calidum et frigidum in corporibus mixtis existat per se facere sicut diximus: humiditas autem et ariditas que sunt qualitates passive sunt in eisdem propter partem: quod omnia communita hoc est commixta participant istis quatuor qualitatibus omnibus igitur omnia omnyomera maliter constent ex aqua et terra sicut ex passivis siue sint in plantis siue in animalibus siue in metallis velut es aurum et argentum: et quecumque alia homini: constant autem ex ipsis et ex vapore resoluto ex ipsis sicut diximus in fine tertij huius libri scilicet licet autem ibi hoc diximus tamen probauimus illud duabus rationibus: quare vna est quod hic corpora vniuer-

## Liber Quartus

sa differunt ab invicem in eo quod est posse facere sive agere in sensum immutando ipsum proprias sensibilibus: unum quodque enim eorum album et odoriferum vini vel so/nans et dulce et calidum est et gelidum et sicut quod operatur et facit aliquid in sensu mutando ipsum sicut aliquid istorum: sicut autem diximus in secundo de generatione et corruptione omnia sensibilia secunda et secunde qualitates reducuntur ad primas sicut ad causas ipsarum: ergo que differunt secundis differunt et primis: sed primae sunt quatuor dicte quae sunt active et due passive ergo omnia omniomera differunt quatuor dictis qualitibus primis. Secunda ratio est quod omnia omniomera magis differunt passionibus sibi inter omnes magis propriis.

Magis autem proprie passiones passibilium corporum sunt que ex passivis qualitibus insunt eis: cum ergo omniomera sunt passibilia precipue his passionibus que causantur in ipsis ex qualitibus passivis humido et arido: passiones autem ille sicut ex omnibus prehabitis patet sunt liquabile et coagulabile et curvabile et cuncta talia que in omniomera inveniuntur ergo his maxime differunt et distinguuntur: sunt autem passiva velut humidum et aridum et que his distinguuntur et differunt sunt: velut os et caro et nervus atque lignum nec non cortex et lapis et metallozum genera et aliozum unumquodque omniomerozum et phisicorum corporum: licet ergo de his dixerimus tam sicut causas eorum in universali tamen iterum redibimus in particulari et in speciali eorum quodlibet inspeculando. Et numerabimus primo tam ea que sunt potentiam quam ea que sunt impotentiam dicuntur. Potentia quippe naturalis omnium phisicorum causatur ex victoria forme et actuorum super materiam. Impotentia autem eorum converso ex victoria materie et passivorum super formam nec debet movere quequam si sicut impotentiam dicte consideravimus: quod impotentia in phisicis non est privatio prima sed fundatur super contrarium et causatur ab illo et illius contrarii effectum oportet scire. Sunt ergo que consideratione digna sunt numero. xix. oppositiones et xxxviij. opposita: et hec sunt coagulabile et incoagulabile: liquabile et inliquabile: mollificabile et non mollificabile: cedere pulsui et non cedens pulsui: comminutum et non comminutum: irriguum et non irriguum: lentum et non lentum: fragile et non fragile: formale et non formale: comprehensibile et non comprehensibile: tractivum et non tractivum: ductibile et non ductibile: liquidum et non liquidum: scissibile et non scissibile: portionale et non portionale: siccabile et non siccabile: confringibile et non confringibile: combustibile et incombustibile: vaporabile et inuaporabile: plurima enim corporum omnibus ferre differunt istis passionibus que sunt corpora phisica mixta: et ideo dicemus quandoque virtutem inter passivas et activas quatuor primas virtutes qualitatum primarum singulorum istorum optineat: prius tamen sciendum quod non semper id quod nomine privativum sonat est etiam privatio in re privationem sicut patet in his que sunt fragile et infrangible: comminutibile et incomminutibile: et a victoria enim forme et vigore terminantis mixtura contingit quod infrangibile est et ab eisdem impotentia evenit quod fragile et comminutur: et sic planum est videre in multis alijs.

Tractatus tertius quarti libri meteororum de passionibus consequentibus diversitati mixtorum sicut mixta sunt.

Capitulum primum que tractatus intentio et quis dicendorum ordo et de coagulabilibus passionibus et liquabilibus.

Taque quod diximus de coagulabili et incoagulabili: et liquabili et inliquabili in universali causas videlicet eorum efficientes et materiales et diversitates suorum subsectorum assignantes in communi remeabimus adhuc considerantes eadem non in particulari eorum hoc pertinet ad sciendam particularem que erit de mineralibus vel lapidibus vel vegetabilibus vel animalibus. Sed nos considerabimus proprias passiones istorum corporum que mixta sunt eorum que sciencia accidentium propriorum multum valet ad cognitionem subiecti: tunc enim perfecte sciemus ea quando scimus essentielles causas eorum ex precedenti tractatu et proprias passiones eorum ex isto.

Tangemus autem primo passiones eorum que accidunt mixto ex ipsis miscibilibus sicut coagulabile et liquidabile et mollificabile: postea autem tangemus proprietates mixti que sequuntur ipsum tam in esse constitutum et in forma sua et in sua dimensione et figura dicimus autem primo de coagulabilibus quod corporum que coagulatione indurant quedam coagulationem patiuntur a calido: quedam autem a frigido. Que autem patiuntur coagulationem a calido coagulantur ab ipso humidum exsiccante propter quod essentialiter et actualiter efficiuntur sicca: que autem patiuntur coagulationem a gelido patiuntur eam sic quod frigidus exprimit calidum et in ipsis comprimit humidum ita tamen quod calidum exiens parte educit secum de humidum: et ideo ista sunt essentialiter humida: sed sunt actualiter sicca: propter quam causa illa que a calido coagulantur patiuntur habent ipsam absentiam humiditatis: illa vero que a frigido coagulantur patiuntur hoc ipsum absentiam calidi. Quecumque autem coagulatorum sunt sunt naturam materie aqua vel aque species coagulantur absentiam calidi. Quecumque vero coagulatorum sunt maliter terra coagulantur absentiam humiditatis: hec autem omnia ex antehabitis sunt planissima: de liquatione autem eorum de eodem modo erit verum que enim humidum absentiam coagulantur humidum presentiam liquant nisi impedimentum fiat per accidens. quod potius corporum coagulati adeo stricti fiunt quod strictiores et minores sunt spatium aque quemadmodum sit in latere. Quecumque vero coagulantur humidum absentiam: et non ita stringuntur potius eorum cuncta liquantur humidum presente et subintrante poros ipsorum velut nitrum sal et terra que ex liquo coagulantur et non est exsiccata in pulverem. Que autem coagulantur calidi privatione et absentiam calido presente cuncta solvantur et liquantur nisi fiat impedimentum per accidens ut in cristallo et alijs preciosis lapidibus quibusdam et liquantur omnia quibus hoc non accidit presente calido sive vere sint coagulata sic plumbum et ea et similia sive sint congelata sicut glacies: quod congelationem hic sub coagulatione communiter volumus contineri eo quod non est intentio nostra hic inuestigare differentias coagulationis et congelationis. sed potius accidentia propria coagulatorum in communi: sufficiat ergo quod nunc dictum est de passionibus coagulabilem et incoagulabilem et liquabilem et inliquabilem.

Capitulum ii. de his que coagulantur et que non possunt coagulari.

Coagulabilia vero sunt quecumque aut non habent humorem aquosum propter continuitatem partes siccas: aut si habent aquam tamen cum aqua plurimum habent calidi et terrei sicut mel et mustum que semper propter calidum multum sibi imixtum sunt serventia: quod calido dissolvente humidum eorum coctum semper emititur ampullas ad superficiem superiorem sic faciunt res que bullunt. Illa enim que nihil habent humoris aquei non possunt coagulari

coagulari eo q̄ sicut dixim⁹ in antecedentibus motus coagulationis necessario incipit ab humido ⁊ que nihil habent humoris aquei nō sunt humida: ⁊ ideo nec esse est q̄ sint incoagulabilia: q̄ aut̄ habent humorē habent eū cū plurimū calido terreo coagulari nō possunt: qm̄ calidū cōmiscet terreū cū aquoso ⁊ aquosus efficit inseparabile a terreo vel propter habūdantiam suam sicut in musto vel propter viscositatem suam sic in melle: habūdans aut̄ in ipsis calidū impedit ne frigidō coagulent: sunt preterea incoagulabilia quecūq; quidem aqua participant: sed tamen cū aqueo humore plurimū habent humoris aerei precipue si sint viscosa sicut oleū ⁊ ydrageros hoc est argentū viuū magis tamen oleū est incoagulabile q̄ argentū viuū: qz oleū totū exurit anteq̄ coagulet sicut supra docuim⁹ sed argentū viuū propter multam cōmixtionē sui humidū cū terreo nō de facili constat ⁊ exsiccat: qz enim proportionale est humidū sicco ideo non aderet tanq̄m: qz siccū tenet humidū ne adhercat: ⁊ qz humidū vndiq; tangit siccū: ideo motū habet velocem sicut a se moueat propter qd̄ etiam argentū viuū nominatur. In operibus aut̄ alchimicis siccat per multaz adustionem ⁊ mixtionem sulphuris cū ipso nō omnino adurentis ipsuz dicit etiaz q̄ si in fornace ardenti ponat ⁊ ligna viridia de cozilo successiue in ipso voluant qd̄ in durat ⁊ coagulat: qz cozilus attrahit vehementer humidū fornax aut̄ caliditate sua aufert cozilo humiduz sibi connāle quo ablato attrahit alienū ex argento viuo ⁊ ita diu vicissitudinari possunt ligna cozili: precipue si decorticata sunt q̄ argentū viuū constabit ⁊ coagulat calido vstuo per nūmiam siccitatem. Quod aut̄ cozilus pre alijs multis lignis attrahit humorem: partet ex hoc q̄ si iuxta vitem plantet adurit eam attrahēdo sibi humidū vitis. Nota aut̄ q̄ si ydrageros ita exsiccat per calidū postea per calidū nō soluet: ⁊ ideo hec exsiccatio potius est correctio argenti viui q̄ coagulatione. Exsiccat enīz tūc terrestre qd̄ in ipso est ⁊ deducit ad lateris nām ⁊ ideo non est instantia que inducta est de predicto exēplo q̄ coagulata quando soluunt ⁊ soluta quando coagulant in eadem specie manent sic es coagulatū ⁊ liquidū i vna ē specie: ydrageros aut̄ p̄dicto modo constans non manet specie vna nec in eisdē componentib⁹. Similiter aut̄ si aliquid est humidū habens multū hoc est viscosum multū illud non erit coagulatū sicut ē glutē. Quod aut̄ supra dictū est q̄ qd̄dā vinū est coagulabile ⁊ elixabile: hic aut̄ dicit q̄ mustū est incoagulabile nō est contrariū qz supra diximus q̄ hoc accidit vino q̄ coagulat per se tamen est incoagulabile ⁊ propter humidū ⁊ calidū habūdantiā sic dicit hic ⁊ tantū dicitū sit de incoagulabili.

Capitulum. iij. de proprietatib⁹ mollificabilium.

Mollificabilia sunt de numero coagulatoꝝ talia quecūq; per solutionēz humidū propꝛij taci incipiunt cedere: h̄ aut̄ sunt quecūq; s̄m suaz mām sunt magis terrestria ⁊ habent humidū propꝛij qd̄ non in toto potest extinguī: oꝝ etiaz q̄ nō habeat inaequaliter siccū sicut h̄z later qui multo plus h̄z de sicco q̄ d̄ humido: ⁊ h̄z siccū strictioribus poris q̄ in quibus solutū possit diffundi humidū etiā si solubile humidū haberet: oꝝ insuper q̄ nō sint tractiua: qz illa sunt terrestria viscosa: ⁊ ideo non mollificant ita q̄ cedant in profundo sed cedūt extra seipsum in longuz sicut vermis ⁊ corrigia: quinto etiam exigūt q̄ nō sint madefactibilia humido alieno recepto in profundum

vel in superficie suis: qz mollificabilia sunt q̄ per propꝛij humidū moueri in terrestrib⁹ suis incipiūt ⁊ non per alienū qz per humidū alienū nō contingit moueri quālibet partē sicci terrestris sicut facit humidū propꝛij: ⁊ ideo etiā si diffuere faciat nō tantū necessario mollificat alienū. Molle enim ⁊ madefactū in hoc differunt: qz molle suo humido vbiq; laxat siccū eo q̄ ibi plurimū humidū nālis est cū plurimo sicci nālis eiusdē sed madefactū h̄z alienū humidū in poris suis: ⁊ ideo non ibi plurimū alienū humidū vbiq; potest esse cū plurimo sicci nālis. Oportet etiam sexto q̄ mollificabilia non sunt ductibilia que habent plus aque q̄ terre. Si enim esset tūc terre quantum aque vel fere bene essent mollificabilia: qz tale est ferrū si vō haberent excellenter plus aq̄ eēne liq̄bilia ⁊ nō mollificabilia sic plūbz ⁊ es ⁊ argentū ⁊ aurū q̄ oīa p̄ductibilia sūt ⁊ nō mollificabilia: qz soluto humido ipsoz efficiunt liq̄bilia ⁊ nō mollia: oportet autēz q̄ oīa talia nō sūt mollificabilia nisi igne: ⁊ cōtingit q̄ prius ⁊ posterioꝝ ⁊ plus ⁊ minus cū enim mollities causat̄ ex humido soluto in sicco q̄ siccū suū dat motū aliquātulū s̄z aliq̄ue defluxū prius q̄ est a cētro ad superficiē ⁊ econuerso cōtingit q̄ h̄z totum h̄z ferrū ⁊ minus illo habet coznu quia minus habet de humido: solā aut̄ diffusionē humidū p̄ siccū h̄z lignū viride cū applicat ad ignē ⁊ nō cedit in profundū: qz humidū in ipso non diffundit nisi per poros ⁊ id quod est inter poros remanet stans firmum statu suo: sic aut̄ nō est in ferro: qz h̄z vndiq; accipit motuz humidū p̄pter subtilitatē cōmixtionis sue in ipso. In cornu aut̄ h̄z bene sit cōmixtū: nō tamen est vincens terrestre vt moueat sed vt resoluat tūc: frigidum aut̄ nō est effectiū mollis: qz nō resoluit s̄z cōprimūt hūidū h̄z ḡ dca sūt de proprietatib⁹ mollificabilium.

Capitulum. iij. de proprietatib⁹ madefactibilium siue irrigui ⁊ nō madefactibilium siue nō irrigui.

Unt aut̄ cozpoz liquabilia ⁊ nō liq̄bilia q̄dam madefactibilia ⁊ q̄dam nō madefactibilia. Dico aut̄ madefactibilia quecūq; receptibilia sūt alienū hūidū in poris suis in superficie ⁊ in profundū vel in superficie tūc vt efficiant leuioꝝa ad tactuz es enī de nūero liq̄bilia nō ē madefactibile: s̄z hūidū in superficie potest eē eo q̄ non recipit humidū in poris intrinsecis s̄m interiora vel exteriora: lana autēz que non est liq̄uabilis madefactibilis tamen est quia per humidum lenioꝝ efficitur. ⁊ recipit humidū in poris superficialibus: terra autem liq̄bilis est ⁊ madefactibilis: qz humidū in profundū sui nata est recipe: h̄z enī duo s̄z lana ⁊ terra rigatur differētū in nō sicut dictū est. es aut̄ liq̄uabile est ⁊ non rigabile: vt dictū est: insuper ⁊ ab aqua liquabiliū: quedā sūt nō madefactibilia: quedā aut̄ madefactibilia: nitrū enim ⁊ sal que sunt liquabilia ab aqua non sunt madefactibilia. ea enim que madefiūt per madefactionē nō corruūt: punct neq; sūt aliud: s̄z sūt quodā mō molliora ⁊ lenioꝝa: qz non propꝛie mollescūt nisi per humidū nāle vt diximus: sed nitrū ⁊ sal per humidū liquecūt ⁊ corruunt ⁊ aliud efficiunt ⁊ tūc rigata non madefiunt. Alia autēz que sunt madefactibilia nequaquā liquecūt sicut lana ⁊ fructus qui in humido positi sine dubio humidū in poris recipiunt ⁊ madefiunt: dicamus s̄z q̄ p̄fecto irrigua sicut madefactibilia sunt quecūq; sūt mōe terrestria ⁊ h̄nt poros maiores aq̄ spac̄s in quib⁹ possunt aquā recipe: ⁊ sūt dura anteq̄ recipiat aquā vel aliū humorē pp̄ quā cām terra rigat siue humescit ⁊ etiam liquat ab humido sibi infuso. Nitrū autē liqua

tur & minime madefit: & huius causa est qz nitrū & fales coagulant calido adurente: & ideo sunt rare substātie terrestris per quas vndiqz egressum est humidū & pauculi sunt pori eius vndiqz: & ideo aqua ingrediēte statim diuiduntur partes & dissolūuntur. In terra autem sunt pori alternati non vndiqz & trāspōsiti per omnem dimensionem ei: & ideo retinent humidū donec tāgit partes terre per lōgū & per latū & per profundū sue dimensionis: & hoc solū est vere irriguū: qd enim per latū & per longū & non per profundū infusum est illud est fz quid irriguū. in cuius autē superficie tm̄ disfundit humidū dicit humidū & nō madefactū siue irriguū. Passio autē madefactionis multū differt qz quolibet modo recipiat humidū: hoc est vtrū ī profundūz vel non profundū: sed in latū & profundū. Est tamen attendendū qz es & argentū & aurū liquefctū calido lz non irrigant siue madefiāt ad quādam sui emolliciem per infusionem si tamen in loco humido diu taceant multū maius recipiūt pondus q̄ habuerunt: & h̄ contingit qz imbibūt in poris humidū qd nō tamen emolliciter terrū vnde falsarij ponūt aurum & argentū in loco humido: & tunc ponderat plus: & cū exsiccatū fuerit p̄ euaporationem humidū redit ad pondus leuis.

Caplm. x. de directiuis & lentiis siue curuabilibus & de ordine dicendorū: in quo est digressio ad assignandam causam istorum.

Item autē deinceps de passionib⁹ omyo/meri mixti que conueniūt ei in sua qualitate & figura existēt: & h̄ qdē aliquādo conueniūt corpori in sua quantitate & qualitate manenti in sua figura nālicet non manet in eodem modo situs partū eius. aliquando conueniūt ei fm̄ mutationes sue figure: & fm̄ mutationez quantitatis sue & passio corporis que conuenit corpori manenti in eadem quantitate & qualitate & figura fm̄ variationem situs partū: est lentescere siue incuruari & dirigi: huius qdē oppositae passionis q̄si sunt nō curuari sed frangi: & etiam cōminui & primo dicemus de istis. Sūt ergo omyomerorum mixtoz qdam lenta & directiua vt calamus & vimē & gladius: quedā autē incuruabilia vt later & lapis. Dicitur autē lenta & directiua simul esse quozūcūqz corporū longitudo potest permutari ex rectitudine in periferiam siue obliquitatem circulo vel circuli portionibus quasi similes & econuerso de periferia in rectitudinem lentescere & dirigi qd nihil aliud ē q̄ paucifieri siue mutari in longitudinem rectaz & periferiam fm̄ beneplacitū transmutantis: quādo autē lentescit siue incuruatur res differt vtrū a sursum in deorsum curuet ad similitudinem circuli vel econuerso a deorsum in sursum. Si enim primo modo fuerit tūc repansio q̄ sit extrinsecus contra curuantem deuexū descendit. Si autē fiat secundo modo tūc dicitur curuū siue concauū qd sursum curuātem recipit in vtroqz tamē est p̄uexū & cōcauū: qz modo periferialiter reflexo exterior linea cōuexa est & interior eadem linea est concava. Est igit generaliter dicta curuatio: quando motio est alicuius eadem saluata longitudine in concauitatem & conuexionem: ita qz vndiqz in circuitu superficies rei potest esse in concavo & in conuexo h̄ est in oēm partem flexibile vsualiter dictum deinde. Non autē simul potest esse diffinitio incuruationis qz motio sit in directū & deuexū & cōcauū: qz tūc simul esset directū & curuū id qd curuaret: qz si rectū staret in diffinitione curui tūc predicaret de eo: & h̄ esse nō pot̄ propter qd diffinitio curuationis nō est nisi motio in cōuexū & cōcauū in omni parte superficie si/

ue fm̄ longitudinē: oē enim qd curuat aut curuat a sursum in deuexitatem aut a deorsum in cōcauitatē. Quo cūqz autē hozz modoz vno sumat transitus & motio eius siue in cōcauū siue in deuexū non est idē qz moueri in rectitudinem: curuitas enim & rectitudo sūt aliud & aliud sic in geometria constat. Ista enim sunt curua & directiua & curua & non directiua & non curua & directiua. Est autē h̄ aduertendū qz si fiat continuus motus a conuexo in cōcauū fm̄ qz h̄ diffinita sunt nō pot̄ esse nisi sit transitus p̄ mediū. hoc autē est directū ergo in eadē transmutatione est curuū & rectū id qd vocat lentū & directū: sed ad hoc dicendū qz motus nō totū curuatio sed fm̄ partem est directio: sed in eodē tēpore vel nūc non potest esse rectū & curuū simul & h̄ intēdimus quādo diximus qz curuitas & rectitudo nō sūt simul vident autē ista doctrina diminuta eo qz nō assignata est cā ex qualitatib⁹ passiuis & actiuis quare corp⁹ sit lentū & directū: adhuc autē non oīs diuersitas istorū corporū est his assignata: qz quedā per se redeūt ad rectitudinē & non sūt lenta nisi aliquo incuruante sic boni gladij: quedā autē redeūt ad curuitatē & non sūt recti nisi aliquo dirigente sic bone baliste arcus & quedā moueri in vtrūqz & iō nicolaus perypatheticus supplet hoc caplm̄ dicens qz quecūqz stant curua & redeūt ad curuitatem humiditate viscosam densatā habent ad partem illā ad quā incuruant & in altero latere vbi cōuexum est habent viscositatē rariore & humiditati aeris sicce imixtas: que autē directa sunt & redeūt curuata ad rectitudinē illa habēt viscosam & subtilēz humiditatē multū de aereitate habentē humiditatē vbiqz v3 p̄ totam longitudinē. grossa enim viscositas tenax est & tractiua & qz tenax est & extensibilis ideo cū ad oppositū latus curuat nō frangit: & qz grossa est & tractiua: & iō cū remittit violentia redit vt prius. In altero autē latere qd est in cōuexo quando id violētē est curuū & cōcauū comprimit subtilior humiditas & aeris sba in humido spūali multa comprimit in illo: & iō quādo cessat violentia incuruantis redit ad priorē dispositionez duab⁹ de causis. s. p̄ viscosum qd est in altera parte retrahens p̄ actū sicci qd est in ipso & pp̄ subtile humidū aereū cuius influxus est extra seipz ipellunt partes cōpresse extra se vt redeant ad priorē sitū: & ille redeūtes in curua parte extrudūt alias q̄ sunt in cōuexa parte vt etiā ille redeāt: qd autē humiditate siccatā vel congelatam h3 in parte vna necessario curuat ad illā: & quidē h3 subtile p̄ totū illud digerit & quando curuat si p̄uex fecerit & in cōcaua parte multū frangit cū sono magno eo qz tūc aereū interceptū in ipso & cōpressum erūpit cū sono & diuidit partes: & h̄ est cā q̄ projectoria blidarū & maganoz vulnerata per telū vel leuē ictum plus nō valent: qz curuari nō possunt in iactū lapidis: h̄ est cā q̄re gladij manētes curui nihil valent: qz ferrū nō ē expurgatū a lenta viscositate q̄ retinet ipm̄ & h̄ non est apta ad acute secandū hinc etiā est qz arcus & baliste sūt de cornib⁹ & lignis nobilib⁹ que pp̄ subtile humidū reuertant in sitū sue fabricatōis: & iō fortiter feriāt & iam quidam ita depurauit ferrū qz fecit inde arcum ad sagittādū & semper quoties cū curuabat redgē: fortiter iaciens.

Caplm. vj. de cōminuilibus & frangibilibus in quo est digressio ad declarādū qualiter glacies est cōminuibilis.

Orporū item quasi oppositae se habentiū ad lēta & directiua: quedā sunt frangibilia atqz cōminuibilia ita & fractionis & cōminuitiōis simul sunt

simul sunt susceptiva: et quedam suscipiunt unum eorum ita quod est frangibile non comminabile et aliquid est comminabile: et non proprie frangibile: lignum enim utique quod lentum est nullo modo est comminabile et non potest esse frangibile: glacies vero et lapides comminabilia sunt et frangibilia: later autem comminabile et non frangibile: fractio autem differt a comminutione: quia fractio est separatio seu divisio in magnas partes comminutio est separatio in quaslibet partes plurimas plures duabus et precipue secundum visitatum modum: comminutio vero est separatio continui corporis in particulas minimas: nullo autem modo frangit vel comminuit nisi siccum coagulatum: quecumque ergo sic sunt coagulata ut multos habeant poros alter natim siue subalternatim positos quasi in eadem linea et plurime tales linee vadant per corporis omnes dimensiones se vbiq; interfecantes illa comminabilia sunt: quecumque autem habent multos poros non hoc modo alternatos illa sunt frangibilia et tanta enim habet ortas frangibilia et comminabilia. quecumque autem corpora habent utroque modo poros dispositos illa sunt frangibilia et comminabilia: et hoc non potest esse quod porum utroque modo dispositis sint equalia: sed quod maiores sint multi non alternati: et sub illis et iuxta illos sint multi per lineas se vbiq; interfecantes alternati: cum enim in quolibet poro sit fractio tunc linea cuiuslibet dimensionis corporis se vbiq; frangit et frangitur et ita accidit quod continuu quasi per indivisibilia dividitur: contingit autem hoc ex multa siccitate et porositate corporis omyomeri: fortassis autem movere potest alique id quod diximus quod glacies est de numero corporum comminabilium: cum enim aqua non habeat poros: ut ex precedenti ostenditur scia glacies que contracta aqua est minus habebit poros quam ipsa glacies non habet multos poros alternatos: quam ipsa non est comminabilia: sed ad hoc dicendum quod glacies habet aliquid simile poris alternatis se dividitibus ex his enim que in secundo huius scie li. dicta sunt: constat quod sola aqua simplex non coagulat in glacie sed potest aqua que vaporabiliter habet in se alia corpora et essentia habet diversitas: que omne corpus evaporabile habet in essentia sua et subtile quod evaporabile est et grossum a quo illud subtile educit: et ita duo sunt intersecantia se in omnibus dimensionibus ad modum pororum alternatis positorum per quod vbi contingit intercipi grossum a subtile et subtile a grosso et ideo cum accedit violentia fragentis dividit in partes plurimas plures duabus: et hac ratione ponit glacies in numero corporum comminabilium.

Capitulum vij. de ordine tractandi et de pulsui cedentibus

Is autem expeditis determinabimus nunc passiones omyomeri continui retinentis quantitatem unam et essentiam sed mutat in figura: hoc autem potest contingere dupliciter. scilicet aut ita quod exteriora corporis cedunt interiora aut exteriora cedunt secundum dimensionem rectam extra seipsa: his enim duobus modis tamen potest mutari secundum partem in toto servata adhuc corporis integritate: unus enim solus modus tertius ab his est. scilicet quod superiora cedunt in inferiora et dextra etiam in sinistra et hoc modus continuo omyomero non accidit nisi cum ipsius fractura et corruptioe nos autem de talibus non intendimus hoc dicemus enim primo de his passionibus continui omyomeri que sunt secundum quod exteriora in parte vel in toto cedunt ad interiora: hoc enim sunt pulsui cedentia et formabilia et apprehensibilia. in hoc tamen primo dicemus de his que pulsui cedunt quia illa sunt sine quebus nec formatio fit nec apprehensio: omnia enim sunt per impulsus quidem sed non omnia pulsui cedentia formant nec apprehendunt: quia que pulsui cedentia priora sunt nam inter hec per hoc prior consideratio erit de ipsis. Dico ergo quod pulsui ce-

dentia sunt que dicitur omyomera mixtorum sic ea quod cedunt fortiter pulsui et cetera que cedunt levi impulsui: quedam autem non cedunt levi impulsui ut inter dura later et iter humida aqua. Est autem pulsui cessio empipedi secundum partes in profundum tractatio: empipedum enim est superficies exterior: quare et hoc non tota in his transit in profundum quam ipellit vel tagit sed pars illa quam ipellit ipellens vel percussa: potest enim dupliciter hoc fieri. scilicet impulsu simplici vel plaga et plaga quidem hoc vocamus forte ictum sic mallei vel lapidis vel alii cuius talis: cedit autem ipellibile quod est cedens impulsui secundum tantum superficiem secundum quantum tagit ab ipellente et non hoc tota superficie. talia autem sunt nam aliqui mollificabilia sunt: sicut cera que cedit levi tactui quam est mollis et forti quam est dura: cera enim manet toto empipedo alio imoto tractatione in profundum sui in parte impulsu: dura etiam secundum actus habet potentiam sint liquabilia vel mollificabilia sunt impulsu per forte ictum sic est et ferrum per percussione fortem mallei. Est autem attendendum quod quod cedit pars impulsu empipedi non fiat fractio vel comminutio in partibus: et ideo later non est pulsui cedens et ipellibile et cetera dura sic ca: sed oportet quod sint per essentiam humida si debet pulsui cedere et mollia actu vel potentia vel liquabilia: sed si liquabilia non nisi quam dura sunt cedentia pulsui actu vel potentia liquabilia: quando enim sunt liquidantur circumstant impellens sicut aqua. Differunt autem cedens pulsui a molli in hoc quod molle cedit levi cuiuslibet tactui: cedens autem pulsui aliquando est durum liquabile et mollificabile quod non cedit in profundum sui nisi per fortissimum ictum: pulsui autem non cedentia per privationem ad pulsui cedentia sunt dicta: et illa autem sunt dura sicca valde terrestria a quibus educitur est humidum sicut later: sine fractura enim partium et comminutione non obedit later ipellenti ut in parte empipedi cedat. In profundum autem etiam sunt humida fluida que ad modum aqua quam habet aqua obediunt pulsui tamen non facit hoc ut cedat secundum partem sue superficiem in profundum: habet potest circumtransponit et circumstat tangens siue ipellens sic diximus superius.

Capitulum vij. de formabilibus et informabilibus.

Quorum autem que impulsui cedunt quedam concesserunt secundum partem empipedi in profundum manent sic statia: quedam non manent sed revertit superficies ad priorum dispositionem. Adhuc autem eorum que cedunt et manent quedam sunt facile obediuntia manus in omnem figuram que imprimi suscipienda et retinenda: quedam autem non: et ideo quedam sunt formabilia: quedam autem non formabilia: formabilia autem siue figurabilia sunt quecumque sunt impulsui cedentia et manentia et facile manus obediuntia ad susceptiones et receptionem impressarum figurarum que figura aliqua est vestigium tagentis: et aliquando alia quam voluerit imprimens et tangens sicut cera et pasta spissa et hmoi: informabilia autem dupliciter dicuntur. scilicet a privatione cessioe pulsus: aut privatione successione et receptionis forme siue figure: et primo quidem modo dicuntur informabilia lapis et later et a privatione successione forme per facile obediuntiam ad manus tagentis etiam est informabile lignum: a privatione autem permanentie impulsus dicuntur informabilia lana et spongia hec etiam facile obediunt manus: sed tamen non manent impulsu: talia autem dicuntur inapprehensibilia.

Capitulum ix. de apprehensibilibus et non apprehensibilibus.

Ant enim apprehensibilia quecumque quidem facile impelluntur in seipsa et secundum totam superficiem empipedi conveniunt et cedunt in profundum sui compressa: empipedi dico alternatim per totam dimensionem divisi per vacua multa sicut spongia et non transpositi alij quod est tagens

quod inq̄ tangens alterius siue alius est partis q̄ empipedū: tactū enim ⁊ tangens diuersaz sunt partiu ⁊ essentiaz: hoc enim modo aliq̄ circa trāspōnit de aqua ⁊ non cedit in profundū empipedū: sed totam superficiem. talia enim sunt vt dixim⁹ spongia ⁊ lana ⁊ alia q̄ poris multis diuisa sunt alternatim ⁊ mollis sunt substantie. Si enim nō haberēt poros alternatim diuisos non cederent a longitudine in latitudinem ⁊ a latitudine in fundū sed cederēt tm̄ fm̄ dispositionē pororum ad vnam dimensionē ad quā pori dispositi essent. Differūt autem hec a pulsui cedentib⁹ ⁊ formabilib⁹ qz illa cedūt fm̄ partem empipedū. h̄ autem fm̄ totū. Impulsus enim motus est violentus a mouente quando non deficit mouens mobilis. sicut in. vii. phicozū dictum est. talis autem motus fit in tactu. plaga vō fz q̄ hic accipimus eam in his que cedūt fit in forti ⁊ magno motu. qui tamen magnus motus non est necessarius in apprehensibilib⁹ vel formabilibus. sed in quibusdam que cedūt pulsui tm̄. Sunt enim apprehensibilia quecūqz habent poros multos vacuos connaturales ipsis ⁊ possunt in ea vacua conuenire que sunt in ipsis. Dico autē vacua corpora sensibilia ⁊ crassa ⁊ nō impleta: licet enim aere pleni sunt: tamen cōpressis poris in se potentib⁹ conuenire exit aer ⁊ tūc cedit tota exteriori superficie versus centrū corporis porosi. In terdum etiam pori non sunt vacui a sensibili corpore: sed sunt forte pleni aqua sicut spongia madefacta: illi enim pori pleni sunt: sed quādo cūqz pori sunt pleni corpore humido vel molliorū q̄ sit corpus apprehensibile non impedit illa plenitudo apprehensionem corporis illius quā adhuc natū sit conuenire in poros illos qz oppressa spongia vel alio comprehensibili tale corpus exprimit ⁊ tūc intra sui vacua recipit sicut pz quādo clarū ouoz per spongiā subtiliaz: sepe enim in bibendo ⁊ apprehendēdo spongiā clarū actualē amittit viscositatem licet retineat adhuc viscositatem potētialem. Quecūqz autem porosa sunt ⁊ mollis ⁊ rare sbe apprehensibilia sunt quemadmodū spongia ⁊ cera mollis ⁊ caro: generatio enim hoz est ex suba rara ⁊ molli ⁊ fm̄ materiam sunt ex terreo cōmixto cū humido qd̄ humidū calor dissoluit ⁊ euaporare facit: ⁊ in dissolutione ipsi ⁊ educatione poros plurimos relinquit nec totū eduxit: sed fm̄ actū mollificandi ipsuz in partib⁹ terrestrib⁹ relinquit totū tamen licet non eduxerit dissoluit ⁊ ideo totū est porosum ⁊ tamen nō durū: qz si dissolueno eduxisset totū dissolutū factū fuisset durissimū sic quidam lapides durissimi valde ⁊ nimū porosi ⁊ nigri ⁊ ideo illi lapides non possunt cedere in sua vacua ⁊ sunt inapprehensibiles. q̄ autem talis sit generatio istoz corporoz patet in pasta que sic porosa efficit calore seruente ⁊ panis exinde fact⁹ inapprehensibilib⁹ efficit. Inapprehensibilia vō sunt que non sunt nata conuenire in sui ipsoz vacua ⁊ hoc fit tribus de causis scilz qz non habent sic humida fluida: aut qz habēt poros plenos duriori corpore qd̄ resistit compressioni: vel qz terrestre qd̄ est inter poros induratum est sic in lapidib⁹ porosis de quib⁹ fecimus mentionem. ferrū enim inapprehensibile est qz humido plenos habz poros indurato per ferrū. lapis autē inapprehensibilis: qz p se durus: latex autē siue aq̄ inapprehensibilis est ideo qd̄ poros non habet.

Caplm. x. de tractiuis ⁊ non tractiuis.

**b** Abitis autē his dicem⁹ passiones quecūqz conueniūt mixto corpori continuo cū figure variatione non ex hoc qd̄ cedat in profundū em

pipedi: sed ex hoc qd̄ cedit extra seipm̄ in longitudinē vel latitudinē: hec autem sunt tractiua ⁊ ductilia. ⁊ primo dicemus de tractiuis eo qd̄ illa ⁊ minus a se recedūt q̄ ductilia. Dico ergo qd̄ tractiua sunt quoz empiede per tractiū possibile est in obliquū transponi manente continuo: trahi enim est empiede continuo manens transponi ad mouens: tractus enim fz q̄ h̄ dicitur non est vt totū corpus ducaf tractu de loco ad locū: sed pot⁹ vt vno sine immobile trahat in altero ⁊ sic extendat vel vt extendat in vtroqz sine per tract⁹ oppositos vnde tractiua sunt extensibilia per tractū. Cū autē trahit necesse est qd̄ aut trahat in latū vel in longū ⁊ ad quācūqz h̄az dimensionū trahat semp obliquat ⁊ altera incozzugat: qz distensione quaz per tractū accipit in diuisione vna in q̄ trāspōnit extra se versus trahentem subtrahit in alia: ⁊ ideo cū ibi constringat necesse est ipm̄ obliquari: rectū enim curuat quādo sine eius sibi inuicem appropinquant: qz tūc necesse est qd̄ exeant ab extremis: ⁊ tractiua autē sunt pili corrigia ⁊ coria generaliter ⁊ vermis ⁊ pasta ⁊ glutē ⁊ alia quorū cūqz generatio est ex humiditate viscosa cū indurata non sint. in talib⁹ enim omnib⁹ duo mot⁹ sunt. s. tractus ⁊ reductus: tractus quidem extendit propter humidū qd̄ diuicari potest ⁊ reuersio est propter siccū terminans humidū. Intractiua autem sunt que priuatur tali humido ⁊ tali sicco sic cōtemperatis ⁊ hec aliquādo sunt humida fluida vt latex siue aqua: aliquādo autem terrestria dura ⁊ sicca vt lapis: contingit autēz aliquid quando tractiua esse eadem ⁊ apprehensibilia vt lana que tractiua est ⁊ apprehensibilis. aliquando autēz nō eadem ⁊ hoc dupliciter. aliqua enim sunt apprehensibilia non tractiua vt spongia que si trahat lacerat ⁊ nō manet continua ⁊ causa est quoniam non est humidū eius satis viscosum neqz bene continens siccū: aliqua autē sunt tractiua non apprehensibilia vt flegma qd̄ si p̄rimat non cedit in sui poros: qz non hz cū sit aqueū ⁊ tamen est tractiū eo qd̄ est valde viscosum tantūm ergo dictū sit de istis. ⁊c.

Caplm. xi. de ductilib⁹ ⁊ non ductilib⁹.

**d** Uctilia autē siue productilia sunt velut es ⁊ similia: non ductilia vō sicut lapis ⁊ lignū ⁊ dissiniunt ductilia qd̄ sunt talia: quecūqz eadem plaga queūt fm̄ partem empiedi sui transponi ⁊ in profundū ⁊ in latū talia sunt quecūqz malleis sunt fabricabilia vt metallica fm̄ omnem sui speciem. Si enim vna ⁊ eadem plaga siue sint rotūda siue angulosa feriant empiede cadet in profundū eo qd̄ sunt pulsui cedentia talia omnia. Cū autem exteri⁹ cadat in profundū ⁊ non habeat inter se vacuū intra qd̄ recipiat ipsum necesse est qd̄ pars interior extendat laterale extra situm suū ⁊ sic cedit in latū. Si autē aliquis obijciat qd̄ cedit etiam in longū propter eandem cām: dico qd̄ non semper vntica ⁊ eadem plaga cedit in longū quoniam si quentia⁹ contrahit longitudo sua ⁊ ideo accidit qd̄ in longitudinē cedat propter qd̄ cessio in longitudinē nō ponit in eius diffinitione: ⁊ ideo etiam fabri quando p̄ longare volūt aliam plagam dant super latitudinē ⁊ stringūt ipsam ⁊ tūc multis generibus plagaz cogunt prolongari. Non ductilia autem sunt quecūqz eadem plaga non possunt simul in profundū ⁊ in latū empiedit transponi. Omnia autē ductilia sunt etiam pulsui cedentia: sed non omnia pulsui obedientia sunt etiam ductilia sicut lignū est pulsui cedens. non autem ductile. non enim conuertit p̄ntia inter ea sed habent se sicut in feris ⁊ superi⁹. similiter autē ⁊ apprehensibilū quedā sunt ductilia

sunt ductilia: quedam non: cera enim et lutum tenax ductilia sunt et apprehensibilia: lana vero et aqua apprehensibilia: et non ductilia etc.

Cap. xij. de scissibilibus et non scissibilibus.

Itemus autem post hoc de proprietatibus omnimerozum quecumque conveniunt eis in mentibus quidem in esse et speciebus suis: non servantibus autem eadem quantitatem nec figuram: sunt autem hec scissio portio et divisio in quibus pars separatur a toto et ideo totum efficitur minus in quantitate et alterius figure: primum autem inter hec explicabimus scissibilia dicimus igitur scissibilia esse quecumque in aptitudine nec plus valent dividere quam dividat actu suo dividens ipsa sicut ligna abigena precipue: quedam non scissibilia que etiam divisionem dividendis non affecuntur ut lat. dicitur enim res scindi quando satis plus dividitur extra se quam ex impetu et intentione dividetur et in talibus divisio que est passio dividendi si precedit divisioni que est actus dividendi cuius exemplum est quod sit longitudo ligni abigeni decem pedum: et ego intendo scindere decimam longitudinis et impetum facio proportionalem decime: per talem impetum scinditur frequenter totum lignum et talia proculdubio sunt recta et rara quecumque aere plena sunt: illa enim ob rectas habent rimas in longum que cum aperiantur raras ligni et aeris iuvant ultra ut totum lignum scindatur in duo.

Cap. xiii. de portio et impoitione.

Portio autem non est ita: cum enim sint inscissibilia quecumque nequeunt tollere divisioni dividendi: scissibilia autem quecumque portio quasi medium est inter ea. scilicet quod dividitur secundum intentionem dividendi et non plus sicut si per decimam longitudinis dividere intendat non dividitur ulterius si proportionaliter impetum faciat dividens sicut quedam ligna viscosa habentia humiditate mollium ergo nihil est scissibile: quia humidum eius non permittit dividere: cum scissio effectus sit siccitatis. Dico autem molle id quod simpliciter est molle et non per comparisonem ad aliud: quia per comparisonem ad aliud et ferrum quod in se durum est molle dicitur aliquando quia per comparisonem adamantis est molle: non tamen propter hec uniuersa dura dicimus esse scissibilia: sed illa tamen quecumque humida non sunt actu nec passu obedientia non sunt comminutiva neque fractiva comminutiva nec fractiva: talia autem sunt quecumque habent poros longos ab imo transeuntes in concavum secundum quos poros commensurantur ab invicem partes eorum et minime vel parum habent poros secundum latitudinem et hoc exemplum est in ligno abigeno quia illius pori subtus incipiunt et quilibet eorum vadit per totam longitudinem et sic adnascantur partes patet: quia si quis consideret tunicas eius ligneas quarum quilibet super aliam est vestita ita quod exterior semper est super inferiorem secundum quod accepit lignum incrementum inueniet semper poros in longitudinem tunicarum illarum ascendere per ligni quantitatem per quos spiritus portans nutrimentum decurrat: addat ergo huic quod illo spiritu ligna illa sunt plena qui spiritus pre omnibus est iuuas ad divisionem et parvo impetu facto mouetur totus et dividit lignum et exit spiritus cum sono propter quod lignum illud sonum habet maioris alio lignis quando dividitur. Idem autem spiritus est sibi causa rectitudinis quam habet per naturam quia fluit secundum rectum ante se portans nutrimentum et ideo lignum est altum valde et quando po-

nitur in trabibus non facile incuruatur. Hec igitur dicta sunt de scissibilibus et portio.

Cap. xiiii. de diuisibilibus et non diuisibilibus.

Diuisibilia autem sunt que partes simul consistunt ut dura et mollia illa dura rat quecumque non valent nec ex necessitate precedere divisionem sic scissibilia neque comminuti diuisum sicut comminutibilia. Quecumque autem liquida sunt aut talia que precedunt divisionem vel comminutionem illa non sunt diuisibilia proprie: dicitur tamen aliqui non nulla scissibilia diuisibilia sic lignum: sed tamen ut frequenter est hec differentia scissibilibus et diuisibilibus: quia scissibilia dicitur quecumque unum primum cum sint actu secundum longitudinem per divisionem prout plura fieri eo quod poros in longum ordinatos habeant. Diuisibilia vero sunt quecumque cum sint unum comminuti latitudine prout plura fieri propter poros ordinatos secundum latitudinem ex profundo. Sed fortasse dubitabit aliquis: quia cum pori omnes transeant in profundum sub corpore et non possunt profundari in rem nisi aut veniant ab imo in altum: et e converso: vel ab extra intrinsecus vel e converso: videtur quod nulla sit dispositio pororum in altum: et ulterius quod non sit nisi duplex diuisio. scilicet scissionis et portio et portio. Adhuc autem diuisibilitas non videtur differre a scissione et portio nisi tamen ut genus differt specie: genus autem nunquam est extra species: ergo non est modus spalis diuisionis corporum nisi duplex modus: hoc autem licet quidam concesserunt tamen absque dubio falsum est: licet enim duplex modus sit dispositionis pororum tamen esse ipsorum in corpore est multiplex: quodam enim omnes vel fere omnes habent poros per longitudinem: et quedam omnes vel fere omnes habent secundum latitudinem ubique ab intus et extraneantes et quedam corpora habent utroque modo illa sunt proprie diuisiva et prima sunt scissibilia et secunda portio. Esse autem pororum est distortos habere poros et obliquos et alios multis modis quod facit corpora fragibilia et comminutibilia ut superius diximus: unde diuisibile quod medium est inter scissibile et portio: quia in eo quod non multum prevenit diuisio prout cum portio et licet non proueniat in longum egreditur tamen intentione dividendi per diuisio in latum et hoc conuenit cum scissibile: ex hoc ulterius patet quod non differunt ista sicut genus et species tamen: sed potius tres species proprietatum corporis omnimerozum: ista tamen retinuit nomen generis: quia ut diximus in alio quo prouenit cum utraque proprietate diuisio.

Cap. xv. de viscosis et non viscosis.

Genus autem nunc de propriis que faciunt ad diuisio nis impedimentum: quia licet non apponant diuisibilitati per eentiam: tamen opposita ad ipsam diuisibilitatem habent eam que sunt due. scilicet viscositas et filtrabilitas: viscositate autem primo tagemus: quia ipsa est eadem que dam filtrabilis precipue in eo quod filtrabile est apprehensibile. Dico ergo quod viscosa sunt tractiva vel humida que sunt molliia secundum actum: sit autem viscosum tale tractabile cuius partes humide et sicce placent sibi mutuo sicut ansule catenarum: talia enim omnia per humidum possunt vehemeter extendi: quia humidum confert sicco et obedit ut ducatur extra seipsum in humido et cum extensio dimittit tunc redeunt ad seipsa propter siccum quod siccum trahit humidum sibi conexum quecumque autem humida non sunt talia illa sunt liquida et fluida quecumque quod viscosi est aut ex calido vehemeter mouente sicut in humidum quod multum subtiliat ipsum sicut in oleo et pice: aut ex frigido vehemeter premente humidum in siccum sicut in flegmate: ex illo enim vehementia incipiunt contacere sicut concatenata per ansulas.

Cap. xvi. de filtrabilibus et non filtrabilibus.



## Liber Quartus

**F**iltrabilia autē sunt quęcūq; de nūero apphē  
sibilitū sic apphēdunt vt itatū redeāt ad sitū  
